uenisset: exort[us] a martha ad ses-
pulchru[m] venis: z flet z oras lazarus de sepulchro
vocat, dicens. Lazare veni foras: z statim q[ui] erat
mortuus resurrexit, z ligatis pedibus z manib[us]
institis, velata facie dicitur p[ro]dijt. Quem Iesus
solui precipiens liberum abire permisit, dicens.
Soluite eu[m], z finite abire. **Uer lazarus potest**
petor intelligi: no[n] solu[m] quicu[m]q[ue] peccator: s[ed] ma-
xime ille qui per consuetudinem est mortuus: z p[er] ma-
la[m] consuetudine[m] sepultus: z in spelunca pfunde in-
quitate lapide dure obstinationis oppressus: et
ideo p[er] quatuor dies: quoz primus est mala dile-
ctio: secundus malus consensus: tertius mala ope-
ratio: quartus mala consuetudo: iam p[er] malam
fama[m] fetidus: z infectus: vinculis maloru[m] copla-
centiaru[m] ligatus: z sudario mase recutionis ves-
latus. **psal. Sicut mortui dormientes in sepul-**
chis: quoz non es memor amplius: z ipsi de ma-
nu tua repulsi sunt. **Sed reuera q[ui]q[ue] sit ex specia-**
li quod deus tales a peccato suscitauit z eos mira-
culose liberat dicens. Lazare veni foras. **Et si qui-**
dem hic lazarus qui interpretat[ur] a deo adiuuus
nuncupat[ur]: pro eo q[uo]d sine speciali gratia dei adiu-
torio, nulli tales a peccato resurgere dinoscunt.
Apostolus. Surge qui dormis: z exurge a mor-
tuis. **Quando enim deo placet hominem vocare z a**
peccato conuerrere: nullum est adeo profundum
vitioz sepulchru[m], quod resurrexerit: emuers-
ione[m] ipsius valeat impedire. **psal. Saluasti me**
a descendentibus in lacum. **Veruntamen circa**
istius suscitacione[m] christus legitur fremuisse z fle-
nisse: q[uo]d t[ame]n in suscitacione adolecentis, z puell-
non legitur fecisse. **In quo notatur q[uo]d difficilio**
est conuersio profundi peccatoris z illius qui ia
per malam consuetudinem est sepultus: z p[er] in-
famiam fetidus: q[ui] illius qui recenter est mortu[us].
i. qui de nouo in peccatum est lapsus. Lazarus
enim dato q[uo]d suscitatus fuisset: ligatus tamen et
yclatus exijt: quom[od]o cum viu[us] dominus soluis,

Mat. 7. a
Miter

Miter

sec. 18. G
Miter

D

Joan. 9. a
Moralitas

Joan. 9. c
Miter

Joan. 9. a

Moralitas

Rom. 9. c

Hic. 18. 8

Moralitas

F

Job. 15. 8

Ecc[lesi]. 1. 10

Moralitas

ps. 118. 5

Eph. 5. 10

ps. 119. 8

Luc. 7. c
Mat. 9. c

In quo notatur q̄ dato q̄ peccator p̄ contritio- nem motus h̄c fitetur: z̄ vin⁹ in statu gratie p̄sti- tuatur: ad hoc tñ esse ligat⁹. Iad cōfessionē esse obligatus dignoscitur: vt necesse sit q̄ per cōfesi- sionem z̄ absolutionem solvatur, ad hoc q̄ peni- tencia liberetur. Unde. Soluite eum z̄ adducite mi- hi. Sola enim contritio hominem viuificat. Verū tamen necesse est q̄ cōfessio z̄ absolutio vinculū obligationis tollat, ne forte si contempserit, in idipsum cadat z̄ relabatur.

Capitu. xx. Textus.

Una autem sabbati Maria Magdale- na venit mane. Moralitatu Cap. vñ.



Textus z̄ Joann-

nes venerūt ad monumentum xpi: s; cū currerent duo simul: Joānes qui erat iunior petro, p̄recurrit citi⁹ petro: z̄ venit prior ad monumentū: verū tamē non intravit. Petrus autē qui erat antiquior, venit ad monumentū vlti- mu: tamen potius intravit. Tūc p̄notari, q̄ bona op̄i ardentius z̄ celerius volunt ad christū p̄ bona opa currere: vt sunt indisciplati iuvenes in religione vel in studio: q̄ omnia credunt facere primo anno: z̄ qui non metiuntur vires suas: sed petro. i. antiquioribus se preferre conant. Isti tamen tardius ad christū intrant: z̄ tardius acci- piunt quod affectant: quia cursum suū p̄tinuare nequeūt: z̄ necesse est q̄ ante tps̄ deficiat. Ap̄s. Currebatis bene: quis vos impediunt? Illi q̄ mo- re petri magis prudentes z̄ deliberate p̄cedunt: z̄ q̄ non impetuose, sed mature p̄ bona opa cur- rant: vt qui vlam cōem sequuntur: qui virtutes suas metientes, se primo impetu leuare non que- runt. Isti dico in intrando ad deum, z̄ cōsequens do- ppositum suū alios p̄ueniunt: z̄ hoc q̄ alij deficientibus ipsi vtiliter persistunt. In quocūq; ergo negotio tam morati q̄ agibili, illi q̄ tarde z̄ deliberate operant: currunt melius z̄ citius: z̄ cō- sequent̄ finem intentum, z̄ acquirunt: z̄ econtra illi qui in principio impetuosius volūt sua facta facere, tardius conūquantur z̄ succūbunt. Bene igitur nobis consulit apostolus. Sic currite vt cōprehendatis. Substantia enim festinata minue- tur: que autem paulatim colligitur manu, multi- plicatur. Vel dic q̄ Joannes significat populū iudaicū: qui primo venit ad monumentū xpi. i. ad fidē in genere primo credidit: z̄ tñ non intravit: q̄ ecclesiam vel fidē incarnationis recipere voluit: sed potius per incredulitate vitium extra- māsit. Petrus vñ significat populū gentiū: q̄ tar- dius ad monumentū xpi. i. ad fidē venit: tñ ipse prius credendo ecclesiam intravit: in quantum iu- daico populo i infidelitate manēte ille credidit. Finaliter tñ Joānes post petrū intrasse dicit: q̄ iu- daicus populus postq̄ plenitudo gentiū intraverit, salu⁹ fiet: z̄ in fine temporū xpō crederet. Et sic veri- scabif illud Matt. Quod erant nouissimi p̄mi, z̄ p̄mi nouissimi. Marie sabbati ad monumentū le- git dñs in hortulani specie p̄mitus apparuisse. Deinde discipulis in vñ cōgregatis: et p̄opter metum iudeorum sanuis clausis xps̄ apparuit: et pacem ante omnia eis obtulit. Deinde spiri- tum sanctum ipsis contulit: z̄ potestatem relaxan- di crimina dedit. Veniens inquit Iesus sanuis clausis dixit. Pax vobis: accipite spiritum sanctū zc. Istud allega si vis q̄ xps̄ spiritualiter solet apparere, z̄ gratiā dare illis qui sabbati ad monu- mentum suum, id est illis qui passioni z̄ morti ipsius comparantur: qui in vñum per charitatē

etā cōgregant: z̄ qui sanuis clausis scz̄ sensuum exteriorū: ostēsa clausis in secreto mentis versan- tur: z̄ a mundanis negocijs segregant: talib⁹ pax interioris tranquillitatis offertur: z̄ spū sanctus i. dona spiritus sancti cōceduntur. Tales sunt ad quos xps̄ p̄ gratiā venire dignoscitur: z̄ ad eos intrare spūalr̄ inuenit. Tales digni sunt vt per ipsos aliena peccata remittant. i. q̄ ad gradū ec- clesiasticū subleuentur. Nullus enim pacē animi p̄t accipere: nil quis sanuis sensuum z̄ affectio- num clausis seu a mūdi negocijs se voluerit ab- sentire. Unde sequit̄, q̄ iterū venit iesus sanuis clausis: z̄ stetit in medio discipulorū suorū, z̄ dixit. Pax vobis. Vel dic q̄ qñ christus sanuis vteri vrginalis clausis in mūdi. i. ad discipulos per natiuitatē venit: tūc pacē hoibus dedit: z̄ pa- cē inter deū z̄ hominem reformauit. Vñ dicit. In terra pax hoibus zc. Illud q̄ ponit a Grego. q̄ deus noluit credere dicitis z̄ verbis aliorū discipulorū z̄ ap̄toz̄ xpm̄ resuscitatū nisi oculis videret, z̄ ma- nibus palparet. Tūc exponit a Grego. q̄ deus aliqñ sanctos suos scrupulo dubitationis erga diuina mysteria peccat: vt sancta indagine veris- tatis eluceat: z̄ p̄bationem elicit illud de quo dubitatū fuerat notū fiat: quasi diceret q̄ Tho- mas dubitādo cicatrices vulnerū tetigit: z̄ du- bietatis vultus a fidelium mēribus amputauit. Vel dic cōtra quosdā qui nō curāt de auditu, sed de visu z̄ tactu. Non curant de verbalī p̄missi- sione: sed potius de manuali oblatione: z̄ de mu- nerū manuali tactu z̄ palpatione. Nisi tetigero inquit, non credam. i. nisi accepero non faciam. Unde dicitur. Accede ad me vt tangam te.

Cap. xxi. Textus.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad Mare Tiberiadis. Moralitatum Capitulum viij.



Am discipuli

discipuli piscarent: z̄ nocte illa nihil p̄didissent: mane facto af- fuit dñs in litore sub spe- cie aliena: z̄ p̄cepit illis, q̄ rete in dexterā nauigij mis- terent. Qd̄ cū fecissent, iam non v̄alebant rete trahere per multitudinem piscū qui tunc tps̄ captierāt. Cognito igitur q̄ de⁹ esset: petr⁹ tunica subinert⁹, misit se in mare: at q̄ alij nauigio venientib⁹, ipse p̄ mare ad dñm venit: et tandem tracto reti pleno magnis piscibus, scz̄ centū z̄ quinquaginta: discipulis panē z̄ pisces xps̄ ad comedendū dimisit. Istā allega q̄ apo- stoli. i. predicatorē: q̄ diu sine xpō. i. xpi gratia sunt, tā diu nihil p̄dunt: z̄ rete predicationis pro nihilo in seculi mare ponunt: q̄ nullos pisces. i. nullos fluxibiles pctōres captūt z̄ quertūt, z̄ pos- tissime de nocte. i. qñ sine lumine diuine grē p̄di- cant z̄ piscant: z̄ qñ ad sinistā nauigij. i. sub spe bonorū terrenorū vel glorie tp̄alis, q̄ p̄ sinistram intelligit: rete predicationis sue mittere nōscunt. Sed qñ xps̄ per gratiam vult eis adesse: et ad eius instinctum in dexteram nauigij. i. in spe eterne retributionis rete predicationis nouerūt ponere: z̄ ad nobilitatem supernā oīa ordinare: tūc abundanter pisces captiunt, z̄ pctōres conuers- tur. Igit ad dexteram est ponendū rete presente dñō, et non absente. Cuius cōtrariū multi predi- catores faciunt: q̄ solū ad laudem humanā p̄di- cant: z̄ sic ad sinistram nō ad dexteram rete po- nunt. Vñ dicitur. Coepiscientis in dextera eius;

Jo. 10. f Aliter.

Luc. 1. b Sod. c. f

Moralitas

Aliter.

Sen. 17. d

Moralitas

Luc. 19. c

Moralitas

Salaf. 5. a

1. Cor. 9. d Pio. 13. b Aliter.

Job. 20. c Moralitas

Eccl's. 10. a
Aliter.
E
Mat. 23. c
Aliter.
Eodē ca. d
Moralitas.

Stulti aut in sinistra. **U**el dic qd petrus est qui
libet iustus: qui dz tunicam honeste cōuersario-
nis sibi succingere: z in mare penitentie ponere:
z ad iesum qui est in litore paradisi p bona opa
venire: z ab ipso p dādm eterne refectionis res-
cipere. **Matth.** Ecce p dādm meū paravi: veni-
te zc. **Uel** dic ista ad cōmendationē fidei petri:
qui per nauē ventre noluit: s; in mari se posuit:
z sic supposito sup aquas vel saltē p aquas iuit.
Hic sequit de petro: cui ter dixit dominus: pe-
tre amas me: pce oues meas. **In** quo dicunt
doctores aliqui triplicem negationē purgatā.
fuit etiam hic mentio de primatu ecclesie dato
petro: z etiam de morte eius. **De** Joanne euāge-
lista de modo sui decessus, iēru de eo dicit xps,
Sic volo eum manere donec veniā. Ita qd ex h
sermo z opinio inter fratres qd discipul' ille nō
moritur: id est quod mori non debebat zc. **I**g
iur ista ad cōmendationem petri z iohannis pos-
sunt adduci: sed de omnibus omittamus.
Moralitatum super Joannem finis.

Moralitatum Liber
tricesimus tertius super Actus aposto-
lorum.

Capitulum j. Tertus.

Primū quidē sermonē feci de oibus o
theophile. **Moralita. Cap. j.**

Actib' apo-



Distorū pauca sub breuitate
trāscuro: z pauca de
multis accipies ad finem
operis iā fatigat' accele-
ro. **I**gitur de iuda prodit-
ore et suspēssione ei' vide
supra. **I**llud aut qd hic dz
q xps dixit discipulis de

futuro tpe querētib'. **N**ō est inquit vestrū nosse
tpa qd pōt posuit in sua p'tate. **Hic** pōt allegari
q ad viros religiosos xpi discipulos z amicos
nō p'tinet vacare ad inuestigādū futuroz tem-
porū rōnē: sicut facit astronomi q scrutant cur-
sifosas scientias: qd qnā ista possint h'fe in plu-
ribus veritatē habēt h' annexā magnam vani-
tatē pauca vtilitatē: z magnā d' fractionis a sa-
lute ale laxitatē. **I**ta igit sapiētē diuine relin-
quātur: nec circa hoc mēs nostra plus debito di-
strahant: qd deus est qui mutat rēpora. **Unde.**
Altiore te ne quæsieris. **Matthias** loco iude
mortui fuit electus: z per sortes factio ieiunio a
deo manifestatus. **Hic** potest allegari qd que-
rere voluntatem dei per sortes non fuit illicitū
in principio: dūt h' veritas que querit' a deo solo
manifestari potest: ieiunij z orationibus exquir-
ratur. **Constat** quod deus quocunq; modo vo-
luerit, potest cuiuscunq; negocij veritatem ostē-
dere: et ideo quātum est de se sortes non vide-
bantur esse male, tamē omnes antiqui tam fide-
les q infideles dimoscuntur sortibus vll esse: sa-
piente teste. **Sortes** mittuntur in sinum: et a do-
mino diriguntur. **Quā**vis igitur ecclesia vsum
sortium prohibuerit propter simplices: et pro
eo q pagani vlm diuinitat' s in sortib' esse crede-
bant. **Uñ** sicut ponit Plinius, certas sortes dee
fortune cōsecrābāt: virtute quarū h'itatē inueni-
re se certi' existimābāt. **Possū** tñ dicere q sor-
tes qd ad deū solimodo mediate vel immediate
referunt non sunt prohibite qd male: sed potius
male e illicite, qz per ecclesiā sunt prohibite. **De**

his tamen volo aliquid determinare: nec solum
mentem circa talia dilatare.

Capitulum ij. Tertus.
Et cum complerentur dies pētecostes
erāt pariter. **Moralitatum Ca. h.**



Discipulis cōgre-
gatis die pētecostes i vni, fact'
est repētē sonus adueniētis spi-
ritus vehementis: z repleuit to-
tā domū vbi erāt sedētes: z ap-
paruerūt illis disperitē lingue
sicut ignis: z ceperūt loqui va-

rijs linguis: prout dabat spiritus sanctus eloqui
illis. **Cū** igitur plures nationū populū conuenis-
sent: factū est qd p dācantib' apostolis vnusquis
q linguā suā intelligebat: z ipsos loquentes dei
magnalia lingua sua audiebat. **Audientes** igit q
isti q galilei erant talia facerent, mirabātur. **Alij**
autem deridentes ipsos ebrios testabantur. **Non**
ne inquit oēs isti qui loquunt galilei sunt? **Quo**
ergo audiuimus vnusquisq; linguā nostrā illos
loquentes zc. **Recte** videtur q isti beati apo-
stoli figuram beatorū p dicatorū gesserunt. **I**st
qñ qd discipuli xpi. i. boni religiosi vel clerici: in
vnum p'mo scz collegio vel studio congregant'
vbi in vnitāte charitatis z cōcordie quotidie cō-
uersantur studendo z contemplando: ibidem ses-
dentes z a tumultibus quiescentes, in scientijs z
moribus informant'. **Quod** videns spiritus sanc-
tus, ipsos quandoq; v'stat: z domos conscien-
tie sue donis z gratijs replet z ditat: linguas ip-
orum disperitās facit apparere: inquantūz facit
eos nunc de vno, nunc de alio predicare: z suam
eloquentiam z doctrinam, nunc ad illum, nūc ad
alium applicare: z sic secundum cōditionem lo-
corū, temporū z psonarū verba mutare. **Appa-**
ruerūt eis disperitē lingue: z loquebant varijs
linguis zc. qz linguas p dicatorū ē iporū eloquen-
tia z doctrina nō dz esse vniformis, sed disperita:
non eadē sed diuina: qz aliter debet loqui diui-
tib'. **aliter** pauperibus, aliter desolatis, aliter les-
tis, aliter iustis. **Nunc** dz loqui de paradiso, nūc
de inferno, nūc de gra, nūc de culpa: z sic de alijs.
Ut scz parthi, medij, elamite z iudei, p'oselyti, ere-
tes z arabes. i. oīs cōditio psonarū audiat apud
eos linguā suam. i. doctrinā sue pdictiōi cōformē.
Uñ p dicatorū dz esse oibus oia: sicut ap's de se ipō
dicit. **Oibus** oia factus sum. **Quia** sicut idem di-
cit. **Sic**is atq; barbaris, sapientibus z insipienti-
bus debitor sum. **fecit** igit spūs sanctus qñ cor z
lingua p dicatorū vel doctoz affluerunt: varijs
seruare, z scripturam ad diner simo de intelligere: de
thesauro suo noua z vetera ppiare: tñ ipē spūs
sup singulos sedere: dz inquantum singulariter: z
figillatim singulas gratias diuersis diuersimos
de partitur: qz sicut dicit apostolus. **Di**uisiones
gratiarum sunt: idem aut spūs diuidēs singulis
prout vult. **Aduerte** tamen q mali facilliter solēt
de iustis z p dicatoribus z viris sciētificis spūs
sancto repletis iudicare: z maxime qñ vidēt eos
de humili plebe natos: solent eoz veritatem z do-
ctrinam v'spendere: z eos ebrios z phantasticos
reputare. **Nunquā** inquit omnes isti qui lo-
quuntur galilei sunt zc. **E**t mali facilliter dicunt.
Nonne oēs isti rustici sunt, de plebe humili nati?
Uñ presumunt corā nobis alijs ita loqui: **I**llud
potissime videntur dicere nobiles: quibus non
videtur q nullus inferioris generis est dignus
coram eis apparere: officio dignitatis habere:
et eos reprehendere, vel docere. **Sicut** dicebant
de christo, **Nonne** hic est filius fabri? **Unde**

Mat. 27. a
Moralia
128.
Dasi. 2. c
Eccl's. 3. c
Eodē ca. d
Moralia
129.
E
pact. 13. a

Moralitas

1. Co. 9. d
Rom. 1. b

1. Co. 12. a


Liber XXXIII Moralitatum Cap. III et IIII

B
Mat. 6. a
Luc. 4. d
Joh. 3. a

oia ista vide si vis i euāge. Et tñ istis debēt aduertere: q̄ spūs vbi vult soirat: q̄ nō est apud eū acceptio personarū. Alīq̄ mali q̄nq̄ viros istos phāsticos z ebrios reputat q̄n dei magnalia. i. alta dei opa z iudicia tractant: sicut ad istam ptz de secularib⁹: q̄ oēs solēt phāsticos dicere: q̄s vidēt in sciētīs philosophicis, z in cōsideratiōe operū naturalū studere: sicut de xpo apparet: q̄n feruentius p̄dicabat dicebat q̄ demoniū habebat. Oēs isti q̄ nō intelligebāt aplos: cū linguis varijs loq̄rent: ipos dicebāt ebrios: sicut mūdāni q̄ nō intelligūt scias antedictas. It̄ eoz sectatores reputant fatuos: sicut dicit ap̄s. Animas illis homo nō percipit ea que sunt spiritus dei: stulticia est illi qui nō potest intelligere.

Capitulū iij. Textus.

Petrus autē z iohānes ascēdebant in templum. Moralitatum Cap. iij.



Claus ab utero matris sue: quē bāulabant quotidie ad portā tēplī q̄ dicit speciosa: et ab intrātib⁹ in tēplū elemofynā mēdicaret. Cū elemofynā postulasset a petro z iohāne: q̄ ascēdebant in templū ad horā orationis nonā: intēdens in eum petrus dicit. Aurū z argentū nō est mihi: qd̄ autē habeo hoc tibi do. In nomīnē Iesu nazareni surge z ambula in pace. Apprehēsa igit̄ dextera ei⁹ cleuauit eū petrus: z statim cōsolidate sunt bases eius z plāte: z exiliēs ambula deū: z intrauit cū illis in tēplū: z magnificabat laudē. **I**ste claudus significat hominē peccatorem: qui ab utero matris dicitur claudus: eo qd̄ ab ipso matris utero naturale est homini in moribus claudicare. Unde dicitur. Præteritis iesus vidit hominē cecū a natuitate. Per templū intelligitur paradīsus seu ecclesia. Per portā intelligitur ecclesia militans: que virtutib⁹ dicitur speciosa. Per petrus et iohāne boni prelati z predicatoris intelligunt: qui per templum paradīsi ad orandū debent per contemplationem ascendere in hora nonā. i. cum nouē ordinibus angelorum mentaliter cōuerfant. Ista est veritas q̄ in portā tēplī que dicitur speciosa. i. in ecclesia militāte inueniunt multū claudi ab utero matris sue. i. multi peccatores q̄ nūq̄ in moribus recte successerunt: sed per iniusticiam claudicauerūt: qui cum non curant nisi elemofynas. i. terrena bona accipere: et de spiritualibus non curantes ista solēt per auariciā ab hominib⁹ mendicare: et ea diligentissime procurare: tunc petrus z iohānes boni prelati debent talibus spiritualiter cōpati: z eorum miserie misereri: et istis nō tēporalia que appetūt: sed spiritualia que negligūt largiri. Debent igitur ipsi dicere: q̄ in nomine dēi terrenis affectionib⁹ surgant: z per bona opera procedant dicētes. Surge tolle grabatū tuū zc. Tūc est talis claud⁹ q̄ manu dei pot̄ surgere: z a statu peti pueri: z bassū moralis fortitudinis soliditatē recipere: z cū eis q̄ ipm puerūt templum paradīsi per bona opera ambulans z exiliens: z deum laudans finaliter introire. Uñ post resurrectionem. i. post conuersionem venient in sanctam ciuitatē: et breuiter sili q̄ sunt petrus: id est boni actiui: iohannes: id est boni contemplatiui: qui templum paradīsi. i. per cōtemplationem et orationem volunt ascendere: z a claudos saluandos: id est peccatores cōuertēdos se vertere: z eos predicando a surgēdo de peccato inducere: et manu tangendo: id est exemplariter manu ducendo ipsos erigere: z

1. Cor. 1. b

Moralitas

Joh. 9. a

D

Joh. 5. a

Mat. 17. f

liter quandoq̄ faciunt: q̄ ipsos in templo paratū procurant intrare. Unde dicit. Ad manus illū trahentes introdūxerunt damascū. **U**el dic vt supra vtetus matris nostre est carnis cōcupiscētia: q̄ facit filios oēs claudicare zc. sicut supra. **U**el dic q̄ istud est originale peccatum zc.

Capitulū iij. Textus.

Loquētib⁹ autē illis ad pplm supuenerunt sacerdotes. Moral. Cap. iij.



Cū in primitiua ecclesia oēs fideles in hierusalem in cōi vuerēt: ita q̄ multitudinis credētū erat cor vnū z anima vna: nec quisq̄ eorum que possidebat suam esse dicebat: sed erāt eis oia cōmunia: ita qd̄ vendentes domos z agros offerebāt preciaz ante pedes apostolorū: et diuidebat singulis prout vnicuiq̄ opus erat: ita q̄ magna gratia erat in illis: nec quisq̄ erāt egēs inter eos. Cōtingit q̄ ananias quidā vdebat agrū: z cōscia vxoris sua fraudauit de pctio: partē pedib⁹ apolorum posuit: alia retinuit. Cū petrus ipm increparet: sup hoc statim mortu⁹ cecidit. Uxor ei⁹ que tūc absens erat post tres horas veniēs: hoc audēs protim⁹ expirauit. Cur (inquit) petrus ita uit sathanas cor tuū: nōne manēs tibi manebat: z venūdatum in tua erat potestate: nō es metitius hoibus: sed deo. Uide igit̄ supponere petrus q̄ ipse nō peccauerat retinēdo totū vel partem: cū totum possit retinere: sed potius dicens q̄ totum precium apposuerat: super hoc mētēdo. **I**sta possunt allegari contra religiosos. **I**sta enim ecclesia primitiua videt religiosus ty pum gerere: et ipsi formā z rationē designare. **C**onstat q̄ ipsi debent cōmuniter viuere per cōcordiā et charitatem: vnum cor: vnam animam possidere: z oia que habēt debēt vderē: nihil sibi propriū remanere: nihil debēt suū dicere: z oia cōia reputare: oia que habēt debēt ad pedes apolorū. **D**ispositionē platorū ponere: q̄ debent vnicuiq̄ de necessarijs puidere. **U**ñ in p̄ouer. **M**ar supius sit vnū omniū nōstrū: z sic si ita faciāt magnā gratiā dei z ppli poterūt acq̄rere: ita q̄ nullus egens erit: inquantū eos faciat dñs: nec cessarūs abundare. **I**sta est veritas: si nos z alij religiosi istam regulam modo teneremus: nūq̄ indigeremus: sed bonorū abundantā habere mus. **U**nde dicit. **N**ō affliget dñs fame aiam iusti. **S**ed multi sunt sicut ananias: qui occulte terrenas diuitias retinēt: et ante pedes apolorū: in dispositione prelatorū bona sua nō totaliter exhibent: sicut ad literā sepe faciūt prelatariū regularē: qui vix volūt veritatē suarum rerū requisiti a superiorib⁹ reuelare. **E**t tales p̄ certo q̄ hoib⁹ nō mētūtur: sed deo: finaliter pereūt: z sic de suo mūdacio triste salariū ferēt seclū. **I**git̄ bñ dicit. **O** qd̄ mentis occidit animā. **L**icitum fuerat eis a principio res suas z diuitias retinere: sed ex quo religio intrauerūt nō sine plati licētia aliq̄ referuare p̄nt: nullo mō se debent mēd aciter excusare: est ap̄ sp̄m sc̄m cui⁹ negociū gerit: null⁹ possit negociū occultare: vt p̄z in act. apolorū. **I**lla p̄ba gamaliells q̄ de p̄dicatiōe sunt dicta. **S**ic et hominib⁹ consiliū hoc dissoluet: sicut ibi exp̄lifficas de duobus. **S**i aut̄ ex deo sit, ipm nō poterit dissoluere: ne forte deo repugnare videamini. **H**oc p̄d̄ allegari vt cōmuniter illa opa q̄ a deo non sunt: z q̄ vera intētiōe non sunt, durare nō p̄nt: sicut patet de hypocritarū fictionibus: z de malicioforum in

Act. 9. c
Aliter.
Aliter.

z

Moralitas

Prouer. 1. b

Prouer. 1. a

Sap. 1. c

Cap. 1. v

Moralitas

Mat. 1. b
3. Jo. 1. 2.

uentionib: sicut dicitur. Omnis platio et. Illa ho q sunt a deo data, qntq vident deficere: no in deficiunt, sed excrefcunt: et in multu coalescunt. et melius. Unde dicitur. Omne qd a deo est, manet in eternum.

Capitulu vi. Textus.

In dieb' autē illis crescete numero discipulorum. Moralitatum Ca. v



Postoli dixerunt

q non erat equū eis dimittere verbū dei, et seruire mēsis: et idē qros viros ad h' elegerūt: qbus i p'spectu ap'loz statuti et manib' ip'sis ip'ost' h' ministrari tradiderūt. Et hoc p't allegari, q virtū scētificā et speculatiuā, q p'nt p'icari et docere: et q nouerūt studio, ofoni et p'teplatiōe vacare: nō debēt illud sc'ri dimittere: vt mēsis. i. pauperū corporalib' nutritiōib', et actiue vite occupatiōib' p'aliū platuraz p'motiōib' possint vacare: alia officia inferiorib' et idocōriōib' debere cōmitti, et eisdē p' ap'licaz manuū ip'ostione. i. p' platurū ordinatiōe imergi. Alij ho scētifici ministerio verbū. i. p'dicatiōi nō terrene administratiōi d'nt specialit' deputari. Sic enim de' ad l'fam v'ideat facere: cū platuras terrenas raro vult v'is scētificis et theologis dare: q's ad vtiliora et magis ardua creare voluit et seruire. Istas aut' iur' istis et terrene scētie pariter cōcedit: quos forsā magis vtilis ad hoc nouit. Nō est inquisit equū noar elinquare verbū dei et ministrare mēsis. Cōsiderate igit' v'is quos cōstituat' sup hoc op' nos aut' oratiōi et ministerio v'bi dei instātes erim'. Ista tñ nō vident face re moderni religio's et theologici: qz isti p' alij se ingerūt: et relicto vero dei ministerio, ministrare et p'fici mēsis querūt: q sicut dicit' Ap'ls. Oēs que in sa sunt querūt, non que iesu christi. Sequitur in cap. vj. de disputatiōe de lapidatiōe beati stephani: de hoc nihil ad presens.

Moralitas
b

Ph. 1. c

Capitulu viij. Textus.

Saulus autē erat cōsenties neci ei. Moralitatum Capi. vj.

In hoc ca. vij. dicit'



q cū simon mag' v'idisset in samaria q apostoli faciebāt multa miracula: et q p' suarū manuū impossionem, spiritus sanctus dabat gētib' credētibus: venit ad ap'los et obtulit pecuniā dicēs. Date mihi hāc potestātē, vt cuiuscūq' imposero manuū, accipiat spiritus sanctus. Petrus aut' ipsum reprehendēs per hec verba repressit. Pecuniā inquit tua tecū sit in perditionē: qui donū dei existimasti pecunia possidere. Nō est tibi p'negā foris in sermone isto, cor est tuū nō est rectū coram deo. In felle em' amaritudinis te esse v'is deo. Et iste simon significat simoniacos, qui ab ip'lo demoniaci fuerūt: qui bene magi dicuntur: quia per dona sua oculis veri iudicij p'latorū illudere probant. Simones etiam: id est obedientes possunt dici: eo q tales p'ze ceteris solēt obedire et adulari: et sic p'nt tam simoniaci q' demoniaci appellari. Tales em' spiritus sancti gratiā: scz ordines, sacramenta, beneficia: quib' annona est potestas dād' spiritus sancti et sacramēta ministrād' mediāte pecuniā nitunt' emere: et illud qd sufficientis et v'itūtib' obfinere nequeunt, muneribus volūt impetrare, dicētes. Date mihi hanc potestatem, vt utamē petrus, i. bonus

Moralitas

Mat. 23. 9
1. Cor. 9. b
Eodē ca. c

Esa. 53. c

Moralitas

1. Tim. 3. d
Aliter.

Ps. 17. d

Joh. 8. f

Capitulu ix. Textus.

Saul autē erat cōsenties neci ei. Moralitatum Capi. vj.

Acti pauli conuersio



uersio fuit mirabilis valde. Nā cū actualiter peccaret, et ad adducēdū vincos in hierusalē: si qui iudei in christum crediderāt, properaret in damascū: subito circūfultus eum lux de celo: et cādēs in terrā audiuit vocem dñi ipsum desuper arguentē. Saule saule quid me psequeris: durū est tibi p'ra simulū recalcitra re. Qui dixit. Quis es dñe? Cui responsum est. Ego sum iesus nazaren' que tu psequeris. Surge et ingredere ciuitatē. Paulus igit' qui dicit' bassaul', q ex circūfusione diuini luminis fuerat ad terrā prostrat' et excecatus: de terra surrexit: sed apertis oculis nihil videns: per man' tractus a socijs in damascū: ab anania baptizatus fuit: et squamis de oculis cadentib' v'isum recepit: et cibo sumpto confortatus: et a discipulo informatus, gentibus et iudeis predicauit: vas electionis a dño dictus fuit. Uade inquit christus Anania: qm' v'is electiōis est mihi iste: vt p'orter nomē meū corā regibus et principib' et filijs israel. Quod v'is factū est: quia quanto

Dan. 5. c

Mat. 23. 9
1. Cor. 9. b
Eodē ca. c

Moralitas

1. Tim. 3. d
Aliter.

Ps. 17. d

Joh. 8. f

D

Liber XXXIII Moralitatum Cap. VIII

existens in perfidia fuerat nequior: tanto ad fidei dem conuersus est melior: et constantior: atque maiorem: sicut ipse de se dicit. Ubi absidat delictum: ubi superabundabit gratia. Et ista possunt applicari ad modum et formam qua potest conuertere homines obstinatos: et in sua malicia confirmari. Oportet enim quod deus ante omnia ipsos luce celestis. id est diuina gratia inspiraret: interius et infundat. Deinde per tribulationem et timorem ipsos ad terram depumat: et suam superbiam per violentiam vel timorem mortis iudicij et inferni conterat: tandem visum presumptum sapientie auferat: et per conscientie lumen multum ipsos acriter reprehendat. Saule inquit quid me persequeris. Cognosce quanta contra deum feceris: et tunc sequitur quod ipsos per spem salutis erigat: et ad ingrediendum/considerandum et affectu ad paradisi ciuitatem ipsos inducat dicens. Surge et ingredere ciuitatem. Surge et ascendamus in bethel. et tunc necesse est quod tales apertis oculis nihil videant: id est quod mentis oculos per mentis discretionem aperiant: et se esse nihil cogitent de his que ante viderant. quod aliqua mundi bona non respiciant. Mar. Neminem viderunt nisi solum Iesum. Tunc ad oporret quod bonis socijs et fidelibus predicantibus istis committantur: a quibus per manus. id est per bona exempla trahantur: et ad ananiam qui interpretatur donum gratie. id est diuinam gratiam et misericordiam in damascum: que interpretatur sanguinis portus. id est sanguinis christi et eucharistie receptionem introducant: ubi per lachrymarum exuberantiam baptizant: vt sic sicut aqua. id est virtutum inmunditiam per confessionem cadentibus: visus mentalis discretionis in eis reparatur: quanto ante peiores fuerat tanto in meliores homines conuertantur ita quod vasa electionis a deo vocari mereantur: et ad officium prelationis per ceteros eligantur. Vel dic quod prelati qui vult obstinatum corrigere: debet esse primo per fortis tribulationem prosternere: et ad terram. id est ad mortis considerationem educere: et tandem per consolationem erigere: bonis pedagogis et socijs committere: vt supra. Et sic saulus qui interpretatur abutens consilio: efficitur paulus: qui interpretatur os tabe: vel electionis miraculum in christu de abusu et malo ipse efficitur bonus: et in christu ad tubalis predicationem officium miraculose a domino erit electus. Esa. Clama ne cesses: sicut tuba exalta vocem tuam. Vel dic quod paulus qui ad terram prostratus excecatus est: ita quod apertis oculis nihil videbat: donec introductus damascum visum recepit: potest significare auaros: qui ad terram. id est ad terrena per affectionem prostrati solent visum vere discretionis perdere: ita quod suis oculis intellectus apertos habent christu ad sapientiam secularem et in mundanis negocijs limpidos et acutos: nisi tamen quod ad salutem pertinet: vident: nec que spectant ad animam studet. Psal. Oculos habent et non vident. Veruntamen postquam ciuitatem damasci: que interpretatur sanguinem propinans. id est in infernu ubi sanguis crudeliter propinat: damnatis intrauerint: tunc inclinet visum discretionis recipere: et se cognoscere. Unde. Eleuans oculos cum esset in tormentis vidit. Super quem locu Eriego dicit: quod aduersitas aperit oculos. Esa. Uexatio dabit intellectum. Illud quod ponit hic quod paulus querebat se ad iungere fratribus in hierusalem: tunc tuebatur et fugiebant eum: nescientes ipsum conuersum: scientes quanta mala inferre fidelibus solebat. Hoc potest allegari: quod mala fama difficile tollitur: quod si semel criminofus exitit: dato quod in veritate sit correctus: tamen pro suspecto habetur. Eccl. Si hebetatum fuerit ferrum: non potest puluis multo labore exacuet. Socij pauli vocem audientes nihil videbant. Hoc potest al-

legari, quod moderni predicatorum auditores multa audiunt, sed nihil vident: audiunt verba, sed non vident exempla: quod multi inueniunt quod bona dicunt: pauci exemplariter faciunt. Jo. 8. Que dicunt facite, et que faciunt nolite facere. Vel dic contra auditores: qui bene predicatorum verba libenter audiunt: nunquam tamen accedunt ad facta: nec volunt ab eis capere aliqua bona exempla operandi. Deute. Vocem audiuistis, sed faciem non vidistis.

Mat. 23. a
Miter
5
Deu. 4. b

Capitulum x. Textus.

Vir autem quidam erat in Cesarea nomine cornelius. Moralitatum Ca. viij.



Cornelius centurionus gentilis

gentilis italicus: per imperatorum in palestina cesarea constituitur, religiose vivebat: et timens deum multas elemosinas faciebat: et sepius deum exorabat: quas propter deum ipsum perire non sustinet, angelus sibi misit: per quem ab heremico petro erectus fide et baptismum suscepit. Illud allegatur, quod etiam elemosina in gentilibus et alijs est deo grata: quod per deum salutem possessionem suo merebitur: ita quod diuina clementia et ceteris hominibus et misericordiam quibus a se sit petens, non sustinet danari. iuxta Iob. bier. dicitur: sed non audisse hominem male mortuum pro opibus assuetum. Sicut de beato Gregorio legitur, quod pagani suis orationibus ab inferno suscitauerunt: quod ipsum fuisse plura audierat: id est de quod elemosina aspectu liberat etc. Cum iudei abominarentur gentiles: ita quod in primitiua ecclesia christi discipuli qui per maiorem preiudicium gentilibus non predicarent, nec eis conuerterentur: sed potius in iudea cum iudeis habitarent, factus est quod petrus quadam die in ioppen manebat: ubi in solarijs vniuersum domus ascenderat et orabat. factus est igitur in extasi: interius per quatuor angulos a celo dimissum orbem serpentibus et quadrupedibus et volatilibus plenam sibi presentatum in visu intuebat: tunc de celo audit vox monens vt comedat dices. Surge petre, macta et madauca. Sed tamen ne ista tanquam immunda a lege prohibita refutaret, continuo subinsevit. Quod deus purificauit: tu ne immundum dixeris. Nas igitur illud mox in celum cepit: et per hanc visionem intellexit petrus, quod non est per sonarum acceptio apud deum: et quod deus ista bene vult sanari gentiles: vt iudeos: et quod indifferentes debent esse apostoli quo ad bonos et malos. Exinde factus est, quod discipuli gentilibus predicauerunt et eis conuerterent, ipsos ad fidem et ecclesiam receperunt. Tunc igitur intrauit iudicus cornelius gentilis: qui fide et baptismum petebat: et sic in visione cognouit quod neminem refutare deberet. Inde etiam factus est, quod discretionem cerimoniale ciborum legalium dimiserunt: et cuncta aialia dum tamen sana essent corporibus in cibaria receperunt. Dic per quod ostendit quod sunt in seculo in claustris: quod ita de sua iusticia presumunt, quod gentiles et immunda aialia. petros et impios vispendunt: et cum ipsi conuicere dedignant: et eis predicare non lata sunt, sed contemnunt. Contemnebat enim pharisei publicanum. Dicit enim illi Esa. Recede a me etc. Illud in suis discipulis dominus repudiatur: maxime in petro. id est in prelato et predicatoribus illud non approbat. Vult enim quod tales nihil immundum reputent: nullum quibus peccatorum repudietur: et contentis: sed generaliter bonis et malis via salutis ostendat: et ad oes indifferentes se habeant, cum sapientibus et insipientibus, grecis et barbaris debitorum existant: debitum suum soluant. Non enim opus est valentibus medicis, sed male habentibus. Quod de purificauit etc. quod quos de baptismum lauit, vel sanguine

Rom. 7. d
Moralitas.

Eccl. 35. a

Mat. 27. b

Miter.

Esa. 48. a
Miter.

Ps. 113. b

Lu. 16. f

Esa. 28. e
Eodem ca. c

Moralitas.

Eccl. 10. b
Eodem ca. b
Moralitas.

Moralitas

Tob. 4. b
Eodem. c. b

Moralitas

Lu. 18. b
Esa. 56. a

Mat. 9. b

Mat. 18. b

redemit: nō debēt alij prēnere, sed charitatis amplexibus adamare. **Matth.** Videre ne cōtēnatis vnum ex pusillis his.

Cap. xij. Textus.

Eodem autē tpe misit Herodes rex manus vt affligeret quosdam. **Moralitatū Capitulum ix.**

Herus captus ab

Herode, vt post pascha ab eo occideret: p̄ mo in carcere fuit missus, duab' captivis vincit', a quatuor quaternariis' missū custodit'. Uerū cum ofo fieret ab ecclesia sine intermissione ad deū p̄ eo: factū est q' eadē nocte qua in crastinū debebat occidī: inter duos milites in carcere dor-miēti, angel' dñi altitū: r̄ lumē in habitaculo cir-cūfulsit: p̄cussit q' latere petri, excruciat eū dicens illi. Surge velociter, p̄cinge te, r̄ calceas te caligas tuas: r̄ circumda tibi vestimētū suū, r̄ seque me. Ceciderūt igit' catene de pedib' eius: r̄ ipse post angelū ibat: r̄ hoc p̄ angelum fiebat, nesciebat: quātinō se videre somnū estimabat. Trāsētes igit' primā r̄ secundā custodiā, venerunt ad portā ferreā q' ducit ad civitatē: q' vltro apta est eis r̄ sic de prāte herodis, exiit: r̄ primo angelo recedente, petrus ad se reuerfus, angelicū ministrū recognouit dicens. Nūc scio vere, q' miss' dñs angelū suū r̄c. Ipse igit' ad fratres venit: r̄ sic misericulose se liberatū inuenit. **R**euera talis processus videt' quōs fieri in cōuersiōe pctōis. Constat em̄ q' petr' q' interpretat' dissoluēs. i. pctōr penitēs, robust' ad dissoluēdū legis diuine vincula assuet': ab herode diabolo p̄cūm capif: in carcerē male p̄suetudinis tradit: quatuor quaternariis' tradit: duab' catenis. i. cōplacētia pcti r̄ difficultate penitēdi stringit: r̄ sic sibi dormit et q̄scit: r̄ inter duos milites, scz inter executionem mētis, r̄ incōsiderationem finis sibi cōmorat. Nec cogitat q' de pei' dānatōe r̄ morte tractet: r̄ in crastino. i. subito dānat' a demonib' expectat. **Uñ.** Nūc aut' abcondita sunt ab oculis suis. Sz de' q' videt dānatōis periculū: angelū suū. i. ali-quē euangelicū p̄dicatōrē vel prelatū sibi mittit qui ipm arguendo penit: r̄ ad surgēdū de pctō, exēndū q' de periculo excitat r̄ inducit. Percussit igit' lat'. i. cor' r̄ pct' ei' p̄ cōtritiōnē: cadūt catene vltiorū p̄ confessionē r̄ absolutionē, surgit p̄ peccati dispiciētis: p̄cingit se per abstinentiam, et tēperantiā, r̄ sup̄fluitatū refecationē: calciat caligas suas. i. multiplicē bonā affectiōnē: circumdat sibi vestimētū suū. i. bonā cōuersationē: se-quit' angelū p̄dicatōrē p̄ bonā finitacionē: r̄ obediētie executionē. **Ero.** Angel' me' p̄cedet te: custodi et obserua mādata ei'. Primā r̄ secundā custodiā trāsit p̄ culpe r̄ pene euasione: r̄ sic ad portā ferreā. i. ad durā p̄ntam q' ad civitatē paradisi p̄ducit p̄ proprie carnis macerationē: et ita liber de manu herodis. i. diaboli efficit: r̄ fratribus. i. fidelib' adiungitur p̄ gratiā et deuotionē. **Luc.** De manu inimicōrū n̄foz liberatū, seruam' illi: ad laudandū deū et angelū q' ipm liberauit. i. p̄ta tū q' ipm cōuertit: p̄ gratiā r̄ actionē qñ se libera tū cognoscit, et enasisse periculū et dānatōnē, dibe cēs. Nūc scio vere q' miss' dñs angelū suū, et libe rāuit me **P̄s.** Laqueus cōtritus est: et nos libera ti sum'. **Discepulis** audiētib' petri stare ante sanuā, et nō credētib': dicit' est q' angelus eius erat. **Hoc** pōt allegari, quō quilibet habet ange lum sibi deputatū. **Unde** dī. Angeli eorum vidēt faciem patris r̄c. **Cum** herodes quadam die in

Cesarea, indutus est veste regali p̄ tribunali se-deret: r̄ r̄yijer sydonij quibus iratus fuerat, adularent' eadē: r̄ vocē dei r̄ nō hois acclamarēt: hoc est dicitur: q' laudes deo r̄ non hominib' de- bitas sibi adiuādo dicerēt: ipm eo sustinere r̄ ap- probante tanq' deū collaudarēt: affuit angelus dñi qui percussit ipm: r̄ statim cōsumptus a vermibus expirauit. **Alind** pōt exēplariter dici: quō illū de' detestatur r̄ punit, q' p̄pitiā cōditionē nō cognoscit, sed vltra p̄pitiā merita se laudari per- mittit: angelus. i. diuina sentētia tales percussit: r̄ vermiū. i. demonū multitudine ipm p̄sumit. **Esa.** Vermis eoz nō moriet: r̄ ignis eoz nō extingue tur. **Uel** allega cōtra Antichristū: qui in regia maiestate sedebit: r̄ se deū magnificari gaudebit: ideo vermibus infernalis ipm p̄petuo deuorabit: et angel'. i. xps ipm percussit r̄ dānabit. **Uel** dic q' herodes q' interpretat' gloriā in peiubus. i. qui in sua pulchritudine gloriānti r̄ q' iacobū. i. spoliatōnē diaboli in se occidit: r̄ petri. i. sub- stantiā mētis in se eneruare conant': q' volū in or- natu regio sedere, r̄ adulatorum laudibus scal- p̄: r̄ vltra merita p̄tutum suū laudari ab adula- toribus delectatur: tales dico q' angelo dei. i. ab anterioz rōne percussuntur: r̄ a vermibus. i. cō- scientie remorsu interi' cōroduntur, in quantum cō- scientia talū ipsoz percussit, qñ in se nō sentit quod ab adulatoribus p̄clamatur. **Uel** dic q' reges r̄ magnates huius mudi exteri' publice habēt adultores: intus, id est occulte, vermes. i. detra- ctōres et aliorum deuoratores.

Moralitas

Esa. 6. g

Aliter.

Aliter.

Aliter.

E

Moralitas

Luc. 19. B

C

Ero. 12. B

Luc. 1. B

P̄s. 11. a

Eodē. c. c

Moralitas

Mat. 18. b

Eodē. c. d

Cap. xiiij. Textus.

Factū est aut' in Iconio, vt simul intro- duceret synagogā. **Moralitatū Cap. x.**

Barnaba et Barz



naba regione Iustrantibus: contigit q' dū essent Lystris: vir quidā sedebat claudus pedib' ex vtero matris sue. Dū igitur iste audiens paulo loquēte: r̄ vidēs paul' q' haberet fidē, vt sanus fieret dixit ad eū paul'. Surge r̄ ita supra pedes tuos recē. Qui ex illis ambulabat. Turbe aut' licentis clamauerūt. Dñj filies facti hoib' descēderūt ad nos. **Barnabā** igit' Jo- nē dixerūt: paulū hō q' dux erat sibi, mercurium vocauerūt. Ipse ad ductus thesauris r̄ coronis, ipse sacrificare voluerūt, nisi apli phibuisent.

Ista applica ad p̄dicatores: q' qñ ipse de suis doctimis r̄ exemplis facit claudos. i. peccato- res r̄ in morib' claudicantes recte p̄ iustitiā ince- dere: digni sunt q' gentes. i. seculares ipsoz deos i. sanctos debeāt estimare: r̄ sacrificia bonozū tē- poraliū ipsoz ministrare, dicentes. Dñj filies facti hominibus descēderūt ad nos. Tales dñi. i. cele- stes merentur dici: et tā Jupiter, qui dicit iunās pater: q' mercurius, qui dicit aperies ciuitatē, possunt vocari: eo q' peccatores p̄ eos sicut per patres solēt iunari: r̄ ipsoz celi ciuitas apiri. **P̄s.** Ego dixi dñi estis, r̄ filij excelsi oēs. Talibus des- bent sacrificia. i. terreni honores offerri: q' si vlt- tra modum excedunt, debent per eos refutari: teste Grego. p̄dicatoresibus qui largiunt spūa- lia, debent trahia. **Uel** dic q' nullus sanctus homo debet sustinere q' aliq's ipsum deum repu- ter, id est q' maiores laudes q' sua requirunt me- rita sibi fornet. **Uel** q' sacrificia vane laudis sibi offerat, q' de ipso, aliquid vltra veritatem exi- stimet. **Hieremie.** Ut quid offeritis mihi thus de Saba r̄ Cuius contrarium fecit herodes: **Actu.** ab

Moralitas

F

P̄s. 81. b

Aliter.

hiere. c. c

Actu. ab

Eodē, c. c

qui sicut supravisum est, deū se vocari sustinuit: z id eo, triste salarū reportavit. ¶ Paulus lapis datus, et extra civitatē lystris tractus: ybi prius tanq̄ deus fuerat estimatus: a turbis extractus: tatem proiectus, mortuus fuit credit: q̄ tandē post turbam recessum surrexit: z circumstantib⁹ fratrib⁹ civitatē intrauit, z die postera de ciuitate recessit: z valefaciens fratrib⁹ dixit. Per multas tribulationes oportet nos introire regnū dei. ¶ Ista allega q̄ illi qui in lystris, q̄ erat ciuitas gētiliū. i. in mōdo, que est habitatio peccatorū: sicut dū aliquotes honorant: ibidē q̄nos versa vice per infortunia lapidant: ybi em̄ fortuna hominē delevat, ibidē ip̄m q̄nos lapidat z odēnat. Un Seneca. fortuna vitrea est: dū splendet frangit. ¶ Vel dic q̄ hoc pōt notari, q̄ q̄nos vtri sc̄ti pos sunt mortuos se licite z alia similia fingere: vt sic possint impiorum sententiam declinare.

Moralitas

5. Alter.

Capitulū xv. Textus.

Et quidā descēdētes de iudea, docebāt fratres. Moralitatum Cap. xi.



In capitulo xv.

fit mentio, quō determinatū est conuersos ad xp̄i fidē ad onus graue cerimoniarū legis non teneri nō indiget exponi: vide ibi. Illud autē qd̄ tādē sequitur, qd̄ orta est dissensio inter paulū et barnabā: statueres reuēstare p̄ eos fratres in dīuersis ciuitatib⁹ cōuersos, z eos in fide z moribus solidare: ita qd̄ ab inuicē sunt diuisi: vn⁹ qd̄ electo vno focio ad vnā prem, ali⁹ cū alio ad aliā fuit. ¶ Hoc allega, qd̄ occulta dei p̄uidētia inter viros sc̄tos q̄nos p̄mittit dissensioes, vel aliqua alia lenia sc̄dāta: et hoc q̄n videt h̄mōi mala in bona posse conuertī, z in meli⁹ cōmūrari. ¶ Isti q̄ diu solū fuissent simul in vno loco, fructū nō fecerunt. Quē autē ab inuicē diuisi sunt: z sic in pluribus locis predicauerunt: z nomē xp̄i fidē q̄ eius multo ampli⁹ adauerūt. Bona igit fuit illa dissensio ex qua occasionaliter orta est fidei christi multiplicatio. Unde Christus dicit, qd̄ nō uenerit pacem mittere in terram, sed gladium.

Moralitas

6

Luc. 11. g

Capitu. xvj. Textus.

Peruenit autē in derben z lystram. Et ecce discipulus quidam. Moralitatum Capitulū xvj.



Aulus circumci-

dit timotheū q̄ erat gētilis: cū tñ sciret circūcisionē nō esse necessariā: ipsam z alias cerimonias nō esse fidelibus imponēdas: sicut p̄z in cap. precedētī: hoc tñ fecit ad iudeorū scandala: qd̄ adhuc circūcisionē tenebāt. Nō poterāt enim ita subito ritus nouo saccipere, z suos modos antiquos abdicare. Sile. p̄bat infra ybi Paul⁹ de cōsilio seniorū, z se nazareū z legis obseruatorē ip̄m videri crederēt: z illa simulauit: et cū alijs nazareis ad tēplū purificandus intrauit, vt legis obseruatorē ip̄m videri crederent: z illa que de ip̄so audierāt, falsa existimarēt: offerens sacrificium acceptauit. ¶ Ista possunt allegari ad duo. Unū est: p̄ vitādo sc̄dālo z periculo licitū est fieri qd̄ a se erat illicitū: z dissimulare qd̄ nō est verū. Unū Luc. s. fingebar se iōgi⁹ ire. Aliud

Act. 21. e

Moralitas

Luc. 24. d

est, qd̄ cito z facilliter nō potest mutari qd̄ diu fuit obseruātū. Prouerb. Adolecēs lux taviā suā ambulās, etiā cū senuerit zc. ¶ Paulus z silas vocati sunt a sp̄sctōp̄dicare in phrygia, bithinia z galacia. Vocati vero sunt a macedonia euangelizare: sicut paulo p̄ ipsum ostēsum est: ybi vidēbatur sibi, qd̄ hō macedo ad eū venit, z ei⁹ auxiliū implorauit. ¶ Hoc pōt allegari, quō sp̄s vbi vult spirat: z quō quosdā vocat, z quosdā repudiat: z quō p̄dicatores suos p̄ occultā inspirationē, nūc ab illo loco retrahit, nunc ad aliū mittit. Nouit em̄ de⁹ qd̄ sunt eius: z ideo km̄ qd̄ vn⁹ vel aliū elegit, km̄ hoc p̄dicatores ad eos mittit. Un Johā. Ego scio quos elegerim. ¶ Cū philippis q̄ est puma ciuitas macedonie, esset quedā puella sp̄i phitonico plena: qd̄ iūmādo questū maximū suis dñis exhibebat. Factus est qd̄ paul⁹ z silā sequef, z ad eoz laudē hōsdā loqueret. Isti hōies inqt serui dei ex celi sunt, qd̄ annūciāt nobis viā salutis. Cōpariens sibi paul⁹, imperauit imundo sp̄i ritui qd̄ ipsam dimitteret, z sic eā. prin⁹ a sp̄i phitonico liberauit. Dñi nō puella vidētes, qd̄ lucrū suū defecerat: z qd̄ puella sanata nihil ampli⁹ diuinabat: ap̄los inuaserūt: z facto cōcursu ip̄os traxerūt ad p̄ncipes, qd̄ ip̄os publice cesos, icarcerē detruserūt. ¶ Ista allega, quō multi sunt qd̄ nō curāt de filiorū suoz z subditorū sp̄ialū salute, sed solū de pp̄tia z tp̄ali utilitate: nō curāt si diabolo vel sp̄i imundo z pctō subūctian: dū tñ ide aliqua lucra sue burse subornent. Ista videmus de parētibus z amicis secularibus: qd̄ si habēt aliquā puellā. i. aliquē filiū vel amicū sp̄i phitonico. i. scientia diabolica plēnū, diuinatōrē z aduocatū, z in secularib⁹ sc̄tēijs eruditū: vidētes qd̄ questus, honoz, vtilitas tp̄alis ex hoc ip̄so aduenit nolūt ipsū ad hoc cōuertēre: porius ip̄m plus diligūt in seculari statu p̄uersari. Phil. Oēs em̄ qd̄ sua sunt q̄runt, nō qd̄ iesu xp̄i. Un si conringat qd̄ tales ad instinctū pauli z silē. i. honozū religioz sp̄ualiter tenent, z ad religionē p̄uersi a p̄tate diaboli liberent. Istam dñi salū. i. ip̄oz tp̄ales parētes: vidētes qd̄ spes tp̄alis lucrū quā habebāt in talē, cecidit z defecerit: incipiūt cōrti stari: z p̄tra ip̄os qd̄ eū sanauerūt. i. qd̄ eū ad religionē duxerūt solēt turbari, z in eos debsacchari, dicentes. h̄i hōies cōuertant ciuitatē nostrā cū sint iudei: z annūciant mortē quē nō lz nobis recipere, cū km̄ romani. Ad istam em̄ seculares vocāt religioz orbis turbatores: z ip̄os iudeos z sup̄stitiosos dicūt, z respectu sui ip̄os esse viles reputant: se nō Romanos. i. nobiles esse ferunt nō lz nobis dñe hūc morē suscipe, cū simus romani. i. nō lz nobis religioz vel clericos fieri, cū simus nobiles z magni. Unde dicit in Joan. Semen abrahe sum⁹, z nemini seruium⁹ vn⁹. ¶ Paul⁹ z sila trusis in carcere z eoz pedibus strictis ligatus: factus est terremot⁹: fundamenta carceris moza sunt, fores aperte, vincula soluta: z lumen refulsit vas q̄: quib⁹ viles cultos carceris p̄uersus est ad dñm, z cū tota domo sua baptizatus. ¶ Hoc allegat, qd̄ moza z tribulatio apostolorū valde p̄ficat ad vtilitatē nostrā: dū in eoz tribulationib⁹ z morte miracula fiebāt. Cūq̄ existētes in carcere p̄dicabāt, vel ep̄stolas scribebant, z ad remota mitebāt, quādoz actualiter ad christū hōies cōuertebant: vel saltem nos alios qd̄ nūc talia legimus, in fide solidabant: sicut de beato paulo alibi legitur: qd̄ in carcere postros scribebat ep̄stolas: quoniam magis proficiunt vniuersis, q̄ si tunc liber existēs personaliter p̄dicasset. Scit enim de⁹ de tribulationibus sanctorum et aliorum bona elicere: quoniam talia mala euenire non permittit, nisi scit et ex talibus vtilita tem aliquam p̄uenire, Deuterono. Ut iugeret mel

Dio. 22. a

Moralitas Joh. 3. a

Joh. 13. b Eodē, c. d

Moralitas

Philip. 2. c

Joh. 8. a Ca. xvi. c

C

Deut. 31. i

mel de petra, z oleum de saxo durissimo.

Capitu. xvj. Textus. Cū aut perambulassent amphipolim z appolloniā. Moralitatum Ca. xij.



Am paul' esset

athenis: z ibi nomē dñi pdica- bar: factū ē q̄ phitosophi z aliū hoc nō desistit: sed cū ipsis disputās, z fidē eis pdicās, multos ad fidē p̄uertit. Et dicit ibidē q̄ athenienses z aliū hospites ad nihil aliud vacabant, nisi dicere z audire aliqd̄ noui.

runt de medio aluci duodecim lapides durissimos. Per duodecim filios israel per eorum nomina intelligo fidem veteris testamenti, et ioin patriarcharum: q̄ certo et duodecim anguli, et duodecim patriarcharū nomina in portis sunt, ad benedandū q̄ duodecim apostoli et duodecim patriarche cū eorū sequacibus, duodecim articulos fidei crediderunt: simulq̄ in eandem fidem et apostoli et patriarche conueniunt. Ideo tam apostoli q̄ patriarche duodecim esse dicuntur: pro eo q̄ eadem fides duodecim articuloz ab ipsis creditur et habet. Unde in Genesi. Duodecim fratres vnus patris filij sumus. Ita enim ciuitas scilicet ecclesia, dicitur quadrata per quatuor virtutum cardinalium quadraturam: mēsurata per debiti regimīnis prelaturam: dicitur adequata per debitam iusticiam et centurā: q̄ pro certo latera ipsius ciuitatis, id est fides debent inter se equalitatem habere: in quātum proportionabiliter debent in gradu et statu cōuenire inuicem. Dico igitur q̄ ciuitas muro fidei circumflecta per quatuor virtutes quadrata: et ab ipso angulo testamenti arundine sue occulte dispositionis in suis personis proportionabiliter adequata, duodecim portas. i. duodecim apostolos cum duodecim angelis, id est cum duodecim articulis fidei habuit: in quibus etiā nomina filiorū israel, id est triquorū patrum fidem continuit: et sic vtrāq̄ fidem noui et veteris testamenti simul conuenire monstrauerūt: et sic jeriā christ⁹ est paterfamilias: q̄ profert de thesauro suo vetera et noua. ¶ Uel dic q̄ ista ciuitas est anima: in qua scilicet intellectus est rex, et voluntas regina, populus potentie fenestrate, que murum diuine gratie et protectionis continent: et duodecim portas, id est duodecim apostolorum doctrinas tenet: duodecim angulos, id est duodecim articulos fidei credit: et nomina duodecim patriarcharum et sanctorum patrum nomina et exempla per imitationē ostendit. Que per quatuor virtutes est quadrata, per iusticiam adequata: per temperantiā debite mēsurata. Unde Esa. Extendetur super eam mensura. ¶ Uel dic q̄ angelus quem mensurat ciuitatem est bonus prelatum qui cum mensura aurea. i. mediante iustitia et prudentia debet ecclesiā sibi commissam et etiam subditos mensurare: et quantum proficiant vel deficiant cogitare, vt sic possit eos secundum merita in officio et beneficijs pmouere. ¶ Ciuitas noua hierusalem habebat in suis partibus sc̄z orientali, a quilonari, occidentali, a strali duodecim portas: q̄ sc̄z ab oriente erāt tres porte: ab occidēte similiter tres. prēdebant, ab australi similiter tres et c. sic cludebant portas duodecim et c. ¶ Ita q̄ ista de hierusalem dicta sunt, mystice intelligi et aliter possunt. Sic em̄ perfectus hō moraliter habet quatuor portas. i. quatuor cardinales virtutes: sc̄z orientālē que est pars lucida: et hec est prudentia. Aquilonarē q̄ est pars constricta et solida: et hec est fortitudo seu cōstantia. Occidentālē que est pars frigida et humida: et hec est temperantiā. Meridionalē q̄ est pars feruida, et hec est iustitia: q̄ certo homo iust⁹ seu ciuitas sic vel cordis religio, vel ecclesia d̄z habere prudentiā ad illuminandū tanq̄ orientē, fortitudinē ad mala sustinendū tanq̄ aquilonē, Temperantiā ad p̄seruis bñ vtendū tanq̄ occidentē. Iustitiā ad mala puniendū tanq̄ meridionalē partē feruidā et vientes. Uñ Eze. Apparuit rota vna sup terrā habēs quatuor facies. i. quatuor virtutes cardinales: sc̄z quilibet illarū partū seu partū h̄z tres portas. i. tres particulares virtutes: q̄ orientālī prudētia h̄z portā sapie p̄ quā intrat notitiā supiorū. Portā sciētie p̄ quā intrat notitiā rex inferiorū. Portā p̄liū p̄ quā intrat notitiā actiū et agibiliū

Zach. 11, 3
Aster.
Job. 15, 3

D

Job. 1, 3

Tren. 1, 3

Aster.

Eodē ca. d

Moralitas.
Ps. 86, 3

Luc. 22, 3

Esa. 26, 3

Mat. 13, 3

3osue. 4, 3

J

Sen. 4, 1, c

Mat. 13, c
Aster
E

Esa. 41, c
Aster

Eodem, cc

Moralitas

D

Eze. 1, 3

1. Jo. 5. b exterioris. Un dicit. Tres sunt qui testimonium
 phibent in celo. i. tres sunt virtutes q̄ celesti sub-
 ministrat prudentie: vt de viro prudenti dicatur
 illud. David sedet in cathedra sapientissimius
 2. Reg. 13. a ter eos. Item a quilonariis fortitudo tres silr ha-
 ber portas. i. tres alias particulares virtutes: p
 quas ingreditur ciuitatem mentis: z iste sunt hu-
 militas, spes z oratio. Spes enim atēdit ad pze-
 miū. Oratio pcurat adiutoriu. humilitas debili-
 tar aduersarium. Ihs enim tribus virtutib⁹ ro-
 botat fortitudo mēris z corpis. Et per istas tres
 portas intrat merita domū cordis. Un de istis tri-
 bus partib⁹ fortitudinis pōt dici illud. Irripe-
 runt tres fortes castra Philistinorū zc. Irē occi-
 dentalis temperantia habet tres portas. i. tres
 virtutes theologicas particulares: scz timorem,
 quo temperantur cordis vanitates. Abstinentiā
 qua temperantur carnis voluptates. Paupertatem
 voluntariam, qua temperant rerū supfluita-
 tes. Et sic pōt dici de tēperantia illud quod dicit
 Esa. Quod ipse apprehēdit tribus digitis molē
 2. Reg. 23. c terra zc. Item meridionalis iustitia silr habet
 A tres portas. i. habet tres speciales virtutes, scz
 liberalitatem, q̄ premiat bonos: z seueritatem, q̄
 sententiat malos z peruerfos: equitatē, que iudi-
 cat iter vniuersis. Unde iustitia pōt dici illud
 Esa. 40. c atrium maius rotūdum quod habebat ordines
 3. Reg. 7. b delapid⁹ ius sectis. Iustitia enim atrium maius
 dicitur: q̄ maior z vtilior ceteris virtutibus p̄-
 hiberetur. Dicit etia rotunda: q̄ ista dz esse plena
 et vera: et nunq̄ per fallaciam obliqua, z per dis-
 simulationem variam angulosa. Tres etiā ordi-
 nes dicuntur habere, inquantū tres partes sue
 seu virtutes debite semper debent cōcomitare.
 Iste igitur sunt duodecim partes porte, per quas
 intrat ad animam sp̄s sanct⁹ z gratie z virtutes:
 q̄ pro certo per portas prudentie intrat deus
 ad nos erudiendum. Per portas fortitudinis
 intrat ad nos rebotandū. Per portas tēperantie
 intrat ad nos mundificandū. Per portas iustitie
 intrat ad nos iustificandū. Unde David in psal.
 ps. 117. c Aperite mihi portas iustitie. Et de tali triplicita-
 te dicitur illud Ecclesia. In tribus beneplacitum
 Ecclia. 25. a est spiritui meo. Uel dic q̄ ciuitas est ecclesia.
 Aliter. B Porte duodecim significant fides, que duodecim
 articulos habet: sed iste porte in tres distinguitur:
 p eo q̄ in quatuor plagis terre circumquaq̄
 est ecclesia seu fideles: vt trinitatis mysterium
 Aliter credatur: z fides ipsius teneatur. Uel dic q̄ ci-
 uitas est homo: qui i orietē pueritū, in aquilone
 adolefcentie, in meridie iuuentutis, in occidentē
 senectutis, necesse est q̄ tres portas habeat. i. q̄
 sancte trinitatis fidem credat, vel tres portas. i.
 tres virtutes theologicas: scz fidem, spem z cha-
 rritatem habeat. Uel tres portas, id est mundiciā
 cordis oris et operis gerat: vt dicat illud pre-
 dictum. In tribus beneplacitū est sp̄s meo.
 Ecclia. 25. a Noua ciuitas hierusalem multa duodenaria
 Eodē ca. d continebat. Continebat enim duodecim stadia,
 duodecim portas, duodecim angulos, duodecim
 Moralitas lapides preciosos, duodecim nomina apostolo-
 rum, duodecim nomina filiorum israel. Cum
 dictum sit quod ciuitas animam significet, scien-
 dum est q̄ per stadia que dicuntur a stando, in-
 telligitur sue persēneratē stabilitas. Per funda-
 menta que habet, intelligitur virtutū cardinaliū
 firmitas. Per portas eius intelligitur sacramen-
 torum vtilitas. Per lapides preciosos intelligit
 C suarum virtutum moralium nobilitas. Per apo-
 stolorum nomina, doctrine apostolorum autorita-
 tas. Per nomina filiorum israel, sanctorum pas-
 trum z suorum exemplorum sanctitas siue boni-
 tas. Iste sunt partes ciuitatis moralis, id est ani-
 me: sine quibus non diceretur neq̄ hierusalem,

neq̄ noua: que deus sp̄s aliter continet. hierusa-
 lem. i. pacifica: z noua, id est gratiosa z placida dz
 dici. Unde dicitur. Uidit ciuitatem sanctā, hierusa-
 lem de celo descendentem. Sed quid? In omnib⁹
 Apoc. 21. a istis perfectē anime partib⁹ debet numerus duos
 denarius, per quem fides catholica intelligitur
 relucere. Numerus duodenarius duodecim fi-
 dei articulos significat, quos pro certo in omni-
 bus actib⁹ anima sancta portat: q̄ reuera nulla
 pars ipsius sufficiens esset, nisi ibi fidei veritas
 reluceret: q̄ nec porte sensuū, nec fundamēta vir-
 tutum cardinalium, nec lapides preciosi virtutū
 moralium, anguli sacramentorū, nec nomina seu
 doctrina apostolorum, nec exempla sanctorū pa-
 trum proficiunt, nisi duodenarius fidei semper
 asit. Unde dicit apostolus. Sine fide impossibile
 est placere deo. Uel dic q̄ ista ciuitas est eccle-
 sia: cuius stadia que ipsam mensurauerunt, fue-
 runt angeli: fundamēta fuerūt patriarche. Porte
 fuerūt apli. Anguli fuerunt virtutes. Lapides
 preciosi fuerūt virgines z confessores. Apli sunt
 prelati et predicatorēs. Filij israel sunt omnes
 fideles. In istis autē omnibus duodenarius nu-
 merus. i. fides catholica resplendit: z in ipse fi-
 dei veritas semper fuit. Uel dic q̄ iste duode-
 narius numerus est nobis stadium ad currēdū:
 Aliter. D fundamentum ad sustinendū: porta ad intran-
 dum: angulus ad fortificandū: lapis preciosus
 ad nos ditandū: apostolus ad nos docendū:
 patriarcha ad nos sp̄s aliter generādū. Uidit
 Eodē. c. f. Joannes ciuitatem nonam, cuius platee erāt ex
 auro purissimo: perlucide tanq̄ vitrum, cui⁹ fun-
 damentum erat ornatum omni lapide preciofo.
 Ibi enim nominat duodecim lapides preciosos,
 quibus est ornatum fundamentū ciuitatis. Pri-
 mus lapis sicut iaspis. Secundus saphirus. Ter-
 tius calcedonius. Quartus smaragdus. Quint⁹
 sardonius. Sextus sardius. Septimus crysol-
 litus. Octauus beryllus. Nonus topazius. Decimus
 crysopassus. Undecim⁹ hyacinthus. Duo-
 decimus amethystus. Uel dic q̄ ista ciuitas est aia vel
 Moralitas quilibet vir pfectus: cuius platee cōficientie de-
 bent esse auree per sanctitatem: cu vitree seu las-
 cide per sapientie claritatē. Fundamētū enim
 cordis sui debet habere duodecim ornamenta:
 duodecim virtutes figuratas in istis duodecim
 lapidibus preciosis: vt sic proprie sit illud funda-
 mentū sicut vas auri solidū, ornatū omni lapide
 preciofo. Est igitur primus lapis iaspis: q̄ phan-
 tasmata fugat, z incantatoribus resistit: necesse
 oculorum purgat z visum acuit. hec est fides, q̄
 Ecclia. 10. b est prima aliarum virtutum: quia s̄m apostolū.
 Jaspis. E Sine fide impossibile est placere deo. Ista enim
 Heb. 11. a est que phantasmata, id est demonia fugat: et in-
 cantatoribus, id est hereticis obfuscat: oculum cor-
 dis, id est visum discretionis acuit atq̄ purgat.
 Esa. 54. c Unde Esa. ponam iaspidem propugnacula tua.
 Saphir⁹. C Secundus lapis est saphirus: qui celestem ha-
 bet colorem: et s̄m diascoridem, virtutem letifi-
 catiuam, p quam significatur spes, que tota est
 lucida: z celestis, inquantū celestia sperat bona q̄
 etiam desolatos letificat: et ideo de hoc dicit
 dominus anime vel ecclesie. Fundabo te in sa-
 phiris. C Tertius lapis est calcedonius: qui s̄m
 diascoridem facit vincere causas: et calefactus
 attrahit paleas: per quem intelligitur chari-
 tas, que aliarum virtutum est seruatrix: que
 causas, id est tentationes vincit, et que paleas,
 id est infimos ad salutem trahit. Unde dicit Apo-
 1. Cor. 13. c stolis. Caritas omnia suffert. C Quartus lapis
 Smara- gds. est smaragdus qui est viridis coloris, confor-
 tans oculos: et qui visum confortat: z portanti
 sebat persuasoria verba: et diuinare volētib⁹
 valet s̄m lapidarium, Et per istum intelligitur

heb. 11. a Aliter.

Aliter. D

Eodē. c. f.

Moralitas

Ecclia. 10. b Jaspis.

heb. 11. a

Esa. 54. c Saphir⁹.

Esa. 54. c Calcedo- nius.

1. Cor. 13. c Smara- gds.

prudens: que oculos aliorum confortat, in qua
 tum delectabile est videre hominem prudentem.
 Usum intellectus seruat: verba persuasoria et elo-
 quentia dat: diuinare et predicare volentes sup-
 oia tuuat. Ista enim est prima cardinalium virtu-
 tum, quia homo summe debet appetere, sed pru-
 dentiam: et hoc quia sine ista cetera parum noscun-
 tur valere. Ideo bene docet Sapiens, Dicit sa-
 pientia, fortis mea es, et prudentia amica mea vo-
 caui. **¶** Quintus lapis est Sardonius: qui luxuriam
 depellit: et hominem humilem et pudicum facit: et si-
 gnificat temperantiam: que luxuriam, id est omnem
 superfluitatem tollit: humilitatem et pudicitiam sem-
 per gignit. De qua Prosper in libro de vita contem-
 platiua ait. Temperantia facit hominem sobrium,
 parcum, moderatum et pudicum. hec enim libidi-
 nis affectum temperat: desideria sancta multi-
 plicat, vitiosa castigat: inter nos confusa omnia
 ordinat: prauas cogitationes remouet: sanctas
 inserit: voluptates extinguunt: et totum hominem
 temperat et componit. **¶** Sextus lapis est sardi-
 us: qui sanguinei coloris est: in cuius presentia onyx
 lapis maleficus non potest nocere: timorem pellit:
 et hominem audacem facit. Iste significat fortitu-
 dinem: quia per certo iste coloris sanguinei debet esse
 in quantum proprium sanguinem fundere non solet
 timere: quinimo solet timorem pellere: et hominem
 audacem facere: et nocumetum onycis, id est tentatione
 diabolicam resistendo refrenare. **¶** Ubi Ambrosius
 libro primo de officiis de fortitudine dicit: quod
 fortitudo virtutes custodit: iustitiam seruat:
 contra vitia est inimica: ad laborem fortis: ad
 pericula rigida et aduersa. **¶** Septimus lapis est
 Chrysolitus, ignem velocissime rapiens, qui de-
 mones fugat et terret: et timores nocturnos pel-
 lit. Et iste significat iustitiam, que igne zeli et seue-
 ritatis facilius concipit: demones, id est maleficos
 homines tollit: et timores malorum sublato, pa-
 triam securam reddit. Unde de isto lapide scilicet
 cet de iusticia in isto homine dicitur illud Dauid.
 Quod ipse vidit filium hominis: cuius corpus
 erat quasi chrysolitus. **¶** Octauus lapis est Ber-
 yllus: cuius virtus secundum Dioscoridem est contra
 pericula hostium: contra inimicum hominem inui-
 ctum facit: et inter beryllos ille qui est pallidior,
 est melior: per quem intelligitur patientia: que inter
 lites et pericula summe valet: quia sicut dicit Sene-
 ca, Cuiuslibet doloris remedium est patientia.
¶ Nonus lapis est Topazius, siue topasion in-
 declinabile, lapis clarissimus: quia secundum Lapidari-
 um ad sanguinem stringendum, et ad aquam
 bullire non permittendum valet: omnium lapidum
 superat claritatem. Et sic iste significat castitatem:
 que est proculdubio virtus rara: quia rara auis
 in terris et nigro simillima cigno: que sanguinem
 luxurie restringit: et feruorem concupiscentie con-
 pescit: et aliarum virtutum pulchritudinem ante-
 cedit. Unde dicitur. **¶** Omnia pulchra est casta gene-
 ratio cum claritate. **¶** Decimus lapis est Chryso-
 passus que lux celat, et prodit obscuritas. In ob-
 scuro enim splendet sub diuo postus eius cla-
 ritas abscondit atque pallet: et iste est humilitas que
 sub diuo, id est in hominis apparentia non querit splen-
 dere: sed in obscuro, id est in abscondito et secreto: quia
 pro certo humilitas obscuritatem querit: et omnem
 hominis presentiam, omnemque vanam gloriam sem-
 per fugit. Unde illud Matt. Intra cubiculi tui:
 et ora patrem qui in celis est, qui videt in abscon-
 ditio. **¶** Undecimus lapis est Hyacinthus, qui est
 lapis secundum tempus conditionem mutans: quia
 secundum tempus est turbidum vel feruens, lapis iste
 fit serenus et turbidus. Et significat virtutem dif-
 cretionis: que secundum bona tempora et personas se
 follet mutare: et vnam cum vno, et aliam cum alio:

nunc clara et affabilis: nunc obscura et tristabilis
 debet esse. Vel dicitur quia ista est comparatio que nouit
 cum silentibus flere: et cum gaudentibus gaudere:
 exemplo Apoli qui dicebat, Omnibus oia factus sum.
¶ Duodecimus lapis est Amethystus, lapis
 violaceus in colore: qui secundum Dioscoridem valet con-
 tra ebrietatem: bonum confert intellectum: et homi-
 nem facit vigilentem. Et iste significat sobrietatem: que
 ad licentiam ebrietati resistit: hominem vigilentem et diligenter
 efficit: malas et immundas cogitationes repellit: et
 intellectum acuit. Unde Leo papa in summa. De
 abstinence procedit caste cogitationes, rationabiles
 voluntates, salutaria consilia. Per hanc enim
 caro concupiscentis moritur, et spiritus virtutibus
 inouatur. **¶** Ista sunt duodecim hominum fundamen-
 ta, seu duodecim fundamenta nostre conscientie
 vel gratie, vel etiam ecclesie ornamenta, et duodecim la-
 pidum preciosorum, id est virtutum spiritualium paramen-
 ta: ita quod cuiuslibet homini sic fundato, vel ipsi ec-
 clesie sic a deo stabilita, vel etiam cuiuslibet prela-
 ti: qui est subditorum sue ecclesie fundamentum: potest
 dici illud Ezechielis. Ois lapis preciosos operimen-
 tu tuum: sardius, topazius, iaspis, chrysolitus, onyx,
 beryllus, saphirus et carbunculus, et smargdus, et
 de talibus fundamentis dicatur illud psalmi. Fun-
 damenta eius in montibus sanctis.

1. Cor. 9. a
 Amethystus
 A
 Ezech. 28. c
 Ps. 86. a

Capitu. xxij. Tertus.
 Et ostendit mihi flumem aque vite splen-
 didum tanquam crystallum. Moralitatum
 Capitulum xxij.



Sicut dicitur i

Apoc. Ciuitas noua noui
 habebat septem: nec sole, nec
 luna egebat: quia ipsam do-
 mina illuminabat. Et lucer-
 na ipsi agnoscere. Ista enim
 nulla profus habebat no-
 ctis: porte eius nullatenus
 clauderentur: et nullum con-
 iunguntur aut abominationem aut mendacium faciens il-
 luc ingrediebatur: imo canes venefici, impudici,
 homicide, seruientes idolorum, et medicata facientes fo-
 ris eiecerantur: quia ibi erat sedes dei et agnoscere serui-
 ci ad seruendum ei. ad videndum faciem eius omnes ibi
 solummodo admittentur. **¶** Ista possunt allegorice
 dici de ecclesia vel religione: quia per certo ista non debet
 habere vel querere exemplum, id est cuiuscumque hypocrisis
 vanitatem: solummodo in mundana gloria claritatem. Lu-
 nam, id est mundanam prosperitatem mutabilitatem et
 eclipsibilem facultatem: quia per certo solum deum debet ha-
 bere per lumen: et stolam agnoscere christi gratiam debet
 appetere per lucerna: quia ecclesia vel religio a deo debet
 illuminari et accipere mundi lumen, aut gloriam
 non querere: sed lucem que christus est, solummodo affecta-
 re. **¶** Lucerna pedibus eius verbum tuum: et lumen
 semitis meis. Porte illi debet esse aperte: quia por-
 te eius spirituales debet esse aperte ad recipiendum pec-
 catores ad se et ad penitentiam: quia ista non debet clau-
 dere gremium penitentium: et dignos ad officia vel beneficia
 admittendum. **¶** Ubi Esa. Aperite portas: ingredietur
 gens iusta, custodietes veritatem, porte spiritus mate-
 riales ad pauperes sustentandum: et hospitalitatem
 indigentium faciendum: ut sic dicatur illud Job. Fo-
 ris non mansit peregrinus: ostium meum viatorum pa-
 tuit. Unde verusificator ait. Porte patris esto, nul-
 li claudaris honesto. Quia reuera serui dei et agni-
 ti viri iusti, debent infra portas ecclesie per promissionem
 admitti: ut ibi possint deo seruire: et faciem eius
 contemplari: et sic in psalmo. Aperite mihi portas iusti-
 tie: ingressus in eas confitebor deo: et per portas iusti-
 tie

f
 Pro. 7. a
 Sardonius
 Sardius
 B
 Chrysolitus
 Dauid. 10. a
 Beryllus
 Topazius
 Sap. 4. a
 Chrysolitus
 Matt. 6. b
 Hyacinthus

Apoc. 21. a
 B
 Allegoria
 Ps. 118. o
 Es. 1. 6. a
 Job. 3. b
 E
 Ps. 117. c
 iusti

insti intrabunt in eam. Nullus tamen immundus
 aut peccator: ibidē recipi debet: quinimo canes,
 id est infatigabiles cupidī et avari: venefici, id est
 pessiferi: immundi, id est luxuriosi: homicidæ, id
 est detractores: et malefici et idolatre, id est su-
 perstitiosi et heretici, et foriilegi debēt foris ex-
 tra ecclesiā impromoni relinqui. Ad enim dignū
 est q̄ tales ad fidem dei, et agni, id est ad statum
 ecclesiasticę dignitatis ascendant: vel q̄ ad por-
 tas ecclesię introdeant, p̄lamīta. Quibus iuravi
 in ira mea si introibunt in requiem meam. Cuius
 tamen proh dolor sit hodie oppositū: quia mali
 per portas ecclesię introducuntur: boni vero et
 serui dñi ab ecclesię beneficiis repelluntur. Un-
 de dicitur. Uidi gētes ingressas sanctuariū tuū:
 de quibus preceperas ne intrarent ecclesiā tuā.
 ¶ Vel dic q̄ ista ciuitas est paradīsus vbi nō est
 templum manufactū: nec sol, nec luna: quia spe-
 culum eius in eternū est deus ipsis luminare et
 lucerna. Ista est ciuitas, que vsq̄ ad finem seculi
 aperta habet ianuas: solas tamen seruos dei
 recipit: coinquinos et peccatores alios nō ad-
 mittit: quia sicut Augustinū sicut nulli digno nes-
 gabitur: ita nulli indigno conferetur. ¶ Vel dic q̄
 in malo significato talis ciuitas est anima pecca-
 trix, vel ecclesiā moderna: quia iam non est tem-
 plum deuotionis, vbi deficit sol discretionis: vel
 cessat luna recte compassionis: vbi nō claudun-
 tur porte sensuum delectabilium: nec porte benefi-
 ciorum clauduntur ambitiosos, seu munera ap-
 portantibus. ¶ Vel dic q̄ ciuitas est verbū insti:
 in quo est sedes dei et agni per gratiā: que a deo
 illuminatur per fidem et sapientiā: ita q̄ non ha-
 bet noctem, id est errorem aut ignorantiā: nec que-
 rit templum, id est ecclesiasticā dignitatē nec so-
 lem, id est mundanę scientię claritatē: nec lunā, id est
 mundanę opulentię facultatē. Portas cordis et sen-
 suum habet apertas: ad recipiendum res que ad
 salutē sunt necessarie. Aer tamen nihil coinquina-
 tum, id est nulla mala cogitatio aut affectio mala des-
 bet sibi recipi per alicuius male cōplacentię vo-
 luptatem. Unde illud Mat. Elegerunt bonos in
 vasa sua: malos autem foras miserunt. ¶ Uidit
 Ioānes fluuiū aque vite splendidi tanq̄ crystal-
 lum in medio plateę ciuitatis procedentē de sede
 dei viui et agni: et ex vna parte fluminis lignum
 vite: afferens fructus duodecim per menses sin-
 gulos: reddens fructus et folia sua ad sanitatē
 gentium. ¶ Per istum fluuiū intelligit voluptas
 eterne glorię: que satiat, potat et refrigerat bea-
 tos: et que in ciuitate dei, id est paradisi de ipsa sede
 maiestatis diuine immediate influit. psal. Tor-
 rente voluptatis tue potabis eos: quoniam apud
 te est fons vite. Iste igit̄ fluuius eterne vite vel
 glorię duas habet partes, scilicet christi diuini-
 tatem et humanitatē: quia in istis duabus pen-
 det tota cōtemplatio beatorū: sed ex vtraq̄ par-
 te istius fluminis inueniē lignū vite, id est ex vna
 natura vitalis, perpetua et eterna: videlicet na-
 tura angelica ex parte eius diuinitatis et natu-
 ra humana ex parte ipsius humanitatis. homo
 enim et angelus sunt duo ligna vite: que percipi-
 unt visionē beatā: et potant flumine volupta-
 tis eterne. Unde de quolibet beato dicitur illud
 psal. Quod ipse sit tanq̄ lignū q̄ plāratū est ses-
 cus decursus aquarū: q̄ fructū suū dabit in tē-
 pore suo. Et foliū eius, id est decor eius, non de-
 fuerit: ideo quecūq̄ faciet, semper prosperabunt.
 Sed pro certo ista ligna, id est beati: proferunt
 per menses singulos fructus duodecim. Mens-
 is enim dicitur a mene quod est defectus: eo q̄
 in quolibet mense luna deficit: et significat defe-
 ctus huius mortalis vite: fructus vero ligni vite
 significant gaudia et premia paradisi. Oportet

enim ostendere quomodo per menses singu-
 los, id est contra duodecim defectus quos patitur
 ista vita: ille arbores paradisi, scilicet beati, habent
 duodecim fructus, id est duodecim gaudia sine p̄-
 mia: ita vt singuli fructus singulis mensibus: et
 singula premia sine gaudiis singulis huius vite
 defectibus applicentur. Menses igitur, id est defectus
 nostri in hac vita sunt sex quantū ad animam:
 scilicet obliuio in memoria: in intellectu ignorantiā: in
 affectu concupiscētia: dolor presertim malozū:
 timor futurorum, languor virtutū naturalium.
 Quantū ad corpus sunt alij sex: scilicet passibilitas
 sine sanitate: grauitas sine agilitate: obscuritas
 sine claritate, et plena cecitate: condensitas sine
 subtilitate: labor sine quiete: mors cum necessi-
 tate. Sed pro certo cōtra istos duodecim menses
 seu defectus, sancti habent duodecim fructus, id
 est duodecim gaudia. Et primo sex quantū ad ani-
 mam: in memoria firmitatem, sine obliuionis fer-
 uore: in intellectu veritatem, sine ignozantię er-
 rore: in affectu sufficientiam, sine cupiditatis ar-
 dore: in animo voluptatem, sine tristitiā vel dolo-
 re: in statu securitatem, sine dubio vel timore: in
 natura prosperitatem, sine desiderio vel languo-
 re. Item quantū ad corpus habebūt sanctitatē
 sine passibilitate: et agilitatē sine ponderositate:
 claritatem sine obscuritate: subtilitatē sine densi-
 tate: quietem sine turbatione: vitā sine mortis
 terminatione. Et sic beati q̄ sunt ligna vite, per
 singulos menses habent singulos fructus reme-
 dia vel profectus: ita q̄ quehbet anima potest
 dici illa mulier, de qua dicit̄. Signum magnum
 apparuit in celo: mulier amicta sole: et luna sub
 pedibus eius: et in capite eius corona stellarum
 duodecim. ¶ Vel lignum vite q̄ sedet super orā
 fluminis dei sedētis, est vir iustus qui super flu-
 uū deuotionis compassionis et cōpunctionis ses-
 det: qui fluuius a sede dei zagni, id est inspiratione
 vel infantia christi pronenit: quia pro certo il-
 le duodecim fructus solet portare, id est duodecim
 pietatis opera facere: et inde alios recreare, qui
 fructus, id est pietatis opera sunt duodecim: scilicet sex
 spūalia: et sex corporalia: q̄ in istis versib⁹ cōtinent̄.
 Instrue, castiga, remitte, solate, ser, ora.
 Vestio, potio, cibo, recolligo, visito, condo.
 Ut sic de homine pio et fructuoso dicatur illud
 Regū: q̄ Abias diuinit̄ pallium suū in duodecim
 partes. Pallium enim bonozū nostrorum tam spi-
 ritualiū q̄ corporaliū in duodecim partes diuidi-
 tur: quādo duodecim pietatis opera a nobis in
 alios diffundunt̄. Et proculdubio folia istius li-
 gni, id est verba viri iusti ad sanitatem aliozū p̄ficiūt,
 inquantū verbis talis alij boni, sunt. ¶ Vel q̄ il-
 lud lignum significat crucem cum suo crucifixo:
 q̄ in medio ciuitatis ecclesię sup flūuū deuotio-
 nis est situm: q̄ pro certo p̄ menses singulos, id
 est cōtra singulos vitiozū defectus ibi inueniuntur
 duodecim gratiarum, virtutū z exemplozū fru-
 ctus. Mensis enim dicitur est a mene quod est de-
 defectus: et significat mundi defectus vel vitia.
 ¶ Est enim primus mensis in anno peccati ianua-
 rius: qui dicitur quasi anni ianua: significans lu-
 perbiā, que est initium z ianua peccatozū. Un-
 ¶ Illud ecclesiastici. Initiū omnis peccati est sup-
 bia. Et illa pingitur cū tribus faciebus: eo q̄ tri-
 plex est superbia: scilicet preferre se maioribus,
 paribus z minorib⁹. Vel eo q̄ superbia nascitur
 ex tribus causis: scilicet ex eminentiis, diuitiis, z ex gra-
 tijs naturalib⁹. Vel istas tres facies habere dicitur:
 pro eo quod superbi supra plures homines
 valere se opinat̄. Unde dicitur. Quatuor facies
 vni. Et ideo sol in aquario tūc dicitur esse: qui scilicet
 cerna deorum dicitur fuisse: ad denotandum q̄
 superbi summe gaudent in magnatū officijs alti

Psal. 98. b

Tren. 1. b

Aliter.

D

Aliter.

Aliter.

Mat. 13. F
Eodē ca. a

Moralitas.
E

Psal. 35. b

Psal. 1. a

Psal. 1. b

f

5

Apo. 12. a

3. Reg. 1. f

Aliter.

7

Januari⁹.

Ecc. 10. b

Ezec. 1. b

februari^o. esse. **Secundus** mensis est february: dicitur a febre: quia pingitur se calefacere ad ignem: et significat defectu luxurie: qui facit ea p^{er} mala desideria calefieri: et febricitari: et semper in igne concupiscentie estuare. **Uñ** illud Ecclesiasticu. **Uapor ignis** vter carnes eius: et in calore fornacis coceratur. **Et tunc** sol in piscib^{us} esse dicit: quia sol, id est ratio luxuriosorum in piscib^{us}, id est in carnis voluptatib^{us} implicat. **Tertius** mensis est martius: dicitur a Marte deo belli: qui pingit scindens vineas: et in ipso sol est in ariete: et significat iracundiam que contra homines per impatientiam mouet bella: atq^{ue} vineas. i. simplices scindit et ledit: et more arietis ipsos litibus et ceterionibus percussit et inuadit: verbis et verberib^{us} et accusatioe non modica ipsos ferit. **Ecclesi.** homo homini ferat iras. **Quartus** mensis est aprilis: ubi terra se incipit aperire: qui pingitur homo armatus, vadens ad bella super equu. **Et tunc** est sol in thauris: qui significat peccatu crudelitatis et seuitie: quod est semper armatum ad vindictam de aduersarijs sumendam: et more thauri semper seuitiosus incidit: et terram seu patriam suam rapinis et exactionibus alioru violere facit. **Cotra** quos dicitur illud Ecclesi. **Non te extollas in cogitatioe tua**, sicut thaurus euerit domesticos tuos. **Quis sicut dicit ibidē.** Qui vindicare vult, a deo inueniet vindictam. **Quintus** mensis est maius, a madificatione pluuiarum dicitur: qui pingitur iuuenis, floribus circumseptus: significans peccatum lasciuie: quo fatui iuuenes floribus, id est curiosis velibus et morib^{us} se adornant: et nihil aliud q^{uam} flores mundane glorie optant: et delicis carnalibus pre ceteris se madidant et humectant, dicentes illud quod dicitur in libro Sapientie. **Uino et ynguents preciosis impleam^{ur}**: nos: et non pretereat nos flos temporis. **Corone** muros nos ros anteq^{uam} marcescant. **Ideo** sol tunc videtur esse in geminis: quia isti letitiam suam geminant et duplicat. **Sextus** mensis est Junius: in quo iam terra calefcit et siccatur. **Et ideo** pra tunc temporis defalcantur: quia iste cum falce secando herbam depingitur. **Et sol** in caero eius medio subinfertur. **Et significat** peccatum parcatatis et auaricie: quod est in male seruando: quod scilicet facit terram nostri cordis per cupiditatem calefieri: et in compassionem secari: et quod herbas: id est diuitias falcare et amplecti, et sibi per parcatatem retineri curat: et nihil expendere: omnia autem seruat: et quod solem: id est animam in cancro: quod est animal retrogradum intrare facit: in q^{uod} ipsum a celestibus ad terrana retrogradi procurat. **Uñ** Inno. de miseria humana dicit quod auar^{us} nec patiens copatur: nec miseris miseret. **Sequitur.** **Iste** est qui deo perfert aurum: paradiso p^{ro}ponit argentum. **Septimus** mensis est Julius: in quo oritur stella que dicitur canis: et sol in leone intrat in quo maximus regnat calor: et iste pingit quasi fegeter secas: quia tunc solet arua segetib^{us} expollar: significans detractionem et inuidiam: qua concomitatur canis mordens: leo ore fetens. i. mordax oblocutio: et ferida inflammaro: quia detractor et inuidus solent fegeter et virtutes et sufficientias aliorum falce sue lingue truncare: et ipsos bonis suis et honorib^{us} spoliare. **Uñ** Job. **Agru non suu demetur:** et vinea ei^{us} que vi oppreserunt: vindemiant. **Octauus** mensis est Augustus: qui dicitur ab augendo: tunc enim segetes triturantur: et grana segetum argentur: et ideo iste blada riturus et excuties pingitur: et sol in signum virginis tunc mouetur: significans vsu rapine et auaricie, quod est in male acquirendo: quia auaricia non cessat grana segetum. i. di-

uitias pauperu per rapinas et vsuras excutere, et diuitias diuitis adaugere, et ipsos pauperes tribulationibus triturare: et ideo sol, id est animus talu tunc teporis solet virgine, id est sterilitate virtutu subintrare. **Unde** dicit. **Ephraim** vitula docta diligere trituram: et ego trasiui super pulchritudinem collis eius. **Ephraim** enim interpretatur augulus: et designat illos qui diuitias suas augere non cessant. **Unde** in Proverbijs dicitur. **Calumniatur pauperem** vt diuitias suas auget: dabit ipse ditior, et egebit. **Nonus** est September, in quo vina colligunt: et ideo vindemias, seu in domibus vina fundes depingitur: et significat ebrietas, seu deliciarum voluptatem: que de vino et delicis curam gerit. **De** quo dicitur in Psal. **Ue qui potentes estis ad bibendum vinu**, et ad sectandum ebrietatem vsq^{ue} ad vespera. **Et ideo** tunc temporis sol intrare libras dicitur: quia isti ad nihil aliud vacant nisi ad librandu pondera dūq^{ue} cui vinum preferunt, ad ipsaq^{ue} vina libandū domino ventris suo. **Decimus** mensis est october: in quo semina in terrā p^{ro}ciunt: ideo in forma hominis seminantis pingitur: quia tunc primos fructus per semina noua alios recuperare conantur: et significat vitium inconstantie: quod fructus bonorum operum non cultodit, immo quotidie per ipsum perdit illos: et quotidie femina bonorum propositorum recuperare contendit. **Ideo** sol tunc in scorpione dicitur: pro eo quod sol id est mens talu morte scorpionis in cauda, id est in fine: facie, id est a principio, diuersificari dicitur. **Ita** quod talibus seminatoribus potest dici illud quod dicitur in Leuitico. **Frustra** seretis sementem, que ab hostibus deuorabitur. **Iste** enim mensis nunq^{uam} comedit quod seminat: sicut nec homo inconstans fructum capit de bono quod inchoat. **Unde** in euangelio Luce dicitur. **Iste** homo cepit edificare, et non potuit consummare. **Undecimus** mensis est November: in quo tantu frigus viger quod porci terre et animaliu clauduntur: et labor exterius impeditur. **Ideo** tunc quiescunt aues: et amplius si cibum habeant impingunt. **Ideo** in forma hominis pascentis et impinguatis suos porcos, et excutientis glandes depingitur. **Sol** tunc signum sagittarij peragratur, significans carnalem affectionem, et ex frigore inde otiosis portas cordis et aures claudit: vires aie taliter stringit, quod laborare per bona opera non permittit: quinimo ista facit possessores suos quieti et ocio vacare: et suos, id est filios vel nepotes et censans guineos carnales diuitis et beneficijs impinguare. **Ita** quod solet pro istis glandibus, id est pro terrenis bonis suis acquirendis q^{uod} plurimum laborare. **Unde** sol, id est animus talium sagittatorum dicitur percutere: quia constat quod isti mali ecclesiastici et vsurarij ratione sue carnalis affectionis pro filijs suis ditandis, et etiam nepotibus, solent alios sagittare: et quando q^{uod} rapinis et exactionibus molestare: vt sic possent glandes bonorum temporalium excutere et habere. **Unde** Hieronymus. **Quanta** mala nos compellit faces re: carnalis affectus. **Duodecimus** mensis est December: qui corpora frigoze fortitudine lesdit: qui in figura hominis potum occidentis pingitur, pro eo quod tunc temporis porci et animalia que impinguata fuerant, occiduntur. **Sol** etiam tunc temporis per signum capricorni vagatur. **Iste** igitur mensis duriciem et seueritatem significat: quod solet alios frigoze et tribulatione percutere: et quoscuq^{ue} porcos, id est homines peccatores et iniquos sine misericordia occidere et corrigere. **Sicut** ad littera p^{ri} in crudelibus iudicijs et preclatis: qui sine compassione crudeliter puniunt delinquentes: nec quacuq^{ue} leui occasioe

Ecclesi. 33.
Martius, A
Ecclesi. 33. a
Aprillis.
Ecclesi. 33. a
Maius.
Ecclesi. 33. a
Junius.
Julius.
Ecclesi. 33. a
Augustus.

Osee. 10. e
p^{ro}. 22. c
Septēber,
Esa. 5. e
D
October
Leu. 15. c
Lu. 14. e
November
December.
Moralitas

homo deliquerit, eidem miserent. De quibus dicit Seneca in libro de Clementia, Crudeles voca bo, qui puniendi cam habent. Isti igitur capricor: nidi sunt: quis dato q' quandoq; pre ceteris vitijs feriant alios: in peccatores cornu ventilare nimis auster noscuntur. Unde dicitur. Ecce hic cus captaru' veniebat impetu fortitudinis sue. Isti sunt duodecim mali menses, i. duodecim defectus humani: contra, quos, p' certo (sicut iam supra dictum est) lignum vite, i. crux cum crucifixo portat duodecim fructus, i. duodecim virtutes speciales, z duodecim bona exempla: vt singuli menses p' fructus singulos, i. singula vitia p' virtutes singulas temperent. ¶ Dico igit q' de isto ligno vite, i. cruce z crucifixo tu potes colligere contra Ianuarium, humilitatem in capitis inclinatione: q' inclinato capite emisit spiritum, id est superbia. ¶ Contra februarium, luxuriam z mortem in cutis spine perforatione, z in oculo, ad terram depressione: quia puncture timoris domini in consideratione terre, i. mortis carnis concupiscentia. Unde dicitur in Proverb. per misericordiam z fidem purgantur peccata: per timorem domini declinat omnis a malo. Mens iusti meditabitur obedientiam: os impiorum redundat malis. ¶ Contra Martium, iracundie patientiam in auris auscultatione: quia dato q' improperia multa audierit: tam cu' malediceret no' maledicebat: cum patere no' comminabatur. Tradebas autem iudicanti se iniuste, dicens illud ps. Ego autem tanq' surdus no' audiva: z sicut mutus no' aperiens os suu'. ¶ Contra Aprilem vindictam z seuitiam, collige miam in benigna lingue locutione: in hoc scz qd' crucifixi orib' misericorditer indultit: dans exēplū de hoc qd' ipse docuit, dicens: vt habet in euāgelio Luce. Dimitte z dimitte vobis. ¶ Contra Maium lasciviam z inanis leuitie contritionem z dolorem in oris fellea z amara potatione, dicens cu' Ezechia. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine anime mee. ¶ Contra Juniu' parcitatem collige libertatem, in manu perforatione z extensione. Manus em' perforata male cotinet qd' immittit: extensa vero alteri porrigit qd' appetit. Da igit' liberaliter iuxta verbu' Ecclesiastici. No' sit porrecta manus tua ad accipiendū, z ad dandum collecta. ¶ Contra Juliu' distractionis et invidie, collige charitatem in corde et lateris apertione: q' cor suum videtur tibi velle dare, dum lat' tenet apertū. Unde Bernardus. Respice vulnera pēdentis zc. Unde dicit. Maiorem charitatem nemo habet, q' vt animā suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Contra Augustu' rapine z auaritie, collige paupertatem in corpis denudatione. Nudus enim in cruce māsit: z nuditatem z paupertatem in hoc diligere nos instruxit. Iuxta illud Hiero. Nudi post nudū curramus. ¶ Contra Septembrem deliciarum z voluptatū, collige asperam, penitentiam in corporis flagellatione. Caro enim cuius non fuit in delictis sibi, sed in penis z supplicijs: dās erinde exemplum q' magis sunt diligēda aspera q' prospera. Unde Job. Consumpta est caro ei' a supplicijs. ¶ Contra Octobrem, incōstantie, collige pteuerantiam in pedis conclauatione z cōfitione. Ita enim fuit cōclauatus, q' nec iudeoz insultationibus, nec inimicoz tentationibus cruce dimittere voluit: dās exemplū pteuerandi in cruce, i. in cruciatu z la-

boze assumpto. Vñ Seneca. Utere officio quod semel sumpsisti: turpe est em' oneri cedere. ¶ Contra Nouembrem carnalis affectionis, collige cōtēptum cuiusq; amoris superflui in discipulo: z fuga z desertioe, z in totius corporis a terra eleuatione. In quo nob' s' dat exemplū, q' circa nos per carnis affectionem non debemus amicos z nosros tenere. Unde dicit in psal. Noti mei de longe steterūt: z vim faciebāt qui querebant animam meā. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: z dolos tota die meditabant. Quimo debemus sursum per cōtemplationē suspēdi a terra, z terrenis elenari esse. Vñ dicit Job. Elegit superbiū anima mea, z mortē ossa mea. ¶ Contra Decembrem nimie seueritatis z duritie, collige cōspassionē delinquentū in crucifixi corpis dispositione: q' iste fuit crucifixus facie ad occidentem, dorso ad orientē, dextera aut ad aquilonē, sinistra ad meridie versis. In quo datur nobis intelligi: q' ipse pie p' passionē respicit occidentales cōgelatos, i. peccatores: dorsum vero vertit ad orientales, i. ad superbos, de suis presumentes virtutibus. Dextera etiam eterne liberalitatis sue porrigit aquilonaribus, i. suis pauperibus: sinistra vero eterne aduersitatis z inimicitie minatur meridionalib' i. diuitib'. Quia iste q' esuriētes impleuit bonis, z diuites dimisit inanes: dat nobis exemplū, q' peccatores delinquentes non debemus contēnere, nec per austeram seueritatē ledere: sed eis misericorditer compari: z eos extensis brachijs per miam z penitentiam amplecti z recipere. Quia sicut ipse dicit Luc. Sandū est angelis dei super vno peccatore penitentia agente. Et sic dico q' lignum vite, i. crux vel christus cōtra duodecim mēses duodecim vitiorum, profert nobis duodecim fructus duodecim bonozū exemplorum: scz humilitatem contra superbiam: timorem cōtra carnalis concupiscentiam: patientiam contra iracundiam: misericordiam cōtra vindictam z seuitiam: cōfitionem cōtra lasciviam: liberalitatem cōtra parcitatem: charitatem cōtra inuidiam: z paupertatē cōtra auariciā: disciplinam cōtra voluptatem: perseuerantiā cōtra vagabunditatem: cōtemplationē cōtra carnalem amorem: cōpassionem contra nimie seueritatis ardorem. Lignum igitur vite protulit nobis duodecim fructus p' menses singulos. Duodecim enim hōre sunt dies. Unde supra lib. v. cap. vbi de duodecim mensib' inuenies aliter expositum.

Dan. 8. b
P' 10. 15. b
P' 1. Pet. 2. d
P' 37. c
Luc. 6. f
P' 3. c. e. et Mat. 27. d. Esa. 33. c
Eccli. 4. d
Joā. 5. b
Job. 33. d


P' 37. c
Job. 7. c
Luc. 15. b
Joā. 1. a


Regestum.


a B C D E F G H I J K L M N O P
Q R S T U X. Omnes sunt quaterni, preter
a z X qui sunt quaterni.


¶ Consummatum est hoc presens Moralizatio- num Reductiozium super totam Biblīam editum a domino Petro Berthozū pictauiensi, ordinis sancti Benedicti, Lugduni impressum apud Mathiam bonhome, Anno legis gratie Millesimo quingentesimo trigesimo octavo, Mensis vero Ianuarij die. xi. Ad laudem z gloriam dei beate z gloriose virginis Marie, necnon ad profectum christifidelium, z ad communem studētium vtilitatem.















No. *Ca*
1
C-24